


B 3 9015 00226 380 7
University of Michigan – BUHR
Digitized by Google


UNIVERSITY of MICHIGAN
GENERAL LIBRARY
OCTAVIA WILLIAMS BATES
BEQUEST
Digitized by Google



[redacted]

PUBLICATIONS

DE LA

SOCIÉTÉ DE L'ORIENT LATIN

SÉRIE HISTORIQUE

III


TESTIMONIA MINORA

DE

QUINTO BELLO SACRO

LIBRAIRES DE LA SOCIÉTÉ

PARIS : *Ernest Leroux*, 28, rue Bonaparte.
LEIPZIG : *Otto Harassowitz.*



TESTIMONIA MINORA

DE

QUINTO

BELLO SACRO

E CHRONICIS OCCIDENTALIBUS

excerpsit


ET SUMPTIBUS SOCIETATIS

ILLUSTRANDIS ORIENTIS LATINI MONUMENTIS

edidit

REINHOLDUS RÖHRICHT

Ph. Doctor



GENEVAE

Typis J.-G. Fick

1882

Tiré à 500 exemplaires numérotés, dont :
50 sur grand papier,
50 sur papier vélin,
400 sur papier ordinaire.

N° 247

SOCIÉTÉ DE L'ORIENT LATIN

*

EXTRAIT DES STATUTS

Art. 19. Les publications de la Société font faites fous la furveillance du Comité de direction, & la garantie du fecrétaire-tréforier & de l'un des commiffaires refponfables.

Art. 20. Au cas où l'un des volumes a, pour éditeur ou pour commiffaire refponfable, le fecrétaire-tréforier, le contre-feing de ce dernier eft remplacé par celui du vice-préfident.

Vu l'édition des Teftimonia minora de quinto Bello facro *par le docteur* R. RÖHRICHT.

Le Commiffaire refponfable,
COMTE RIANT.

Certifié.

Le Vice-Préfident,
CHARLES SCHEFER.

Paris, 1er août 1882.



CONSPECTUS

b





PRÆFATIO

IN *volumine, cui titulum inſcripſimus* Quinti belli ſacri Scriptores minores, *nonnulla chronica edidimus aliaque excerpſimus, quibus, quæ cruceſignati in quinto bello ſacro præclare geſſerunt, copioſius expoſita ſunt; in præſenti autem volumine breviores ac leviores relationes, quæcunque in chronicis editis & ineditis reperiri poterant, collegimus, eas tantummodo omittentes, quibus niſi tribus quattuorve verbis de hiſtoria Damiatina non agitur. Quaſdam autem ex aliis chronicis verbo tenus deſumtas eſſe, e typorum genere ac notis marginalibus vel interlinearibus ſatis intelligi poteſt; ſed quum aliæ ſive lapſu calami, ſive errore oculi vel memoriæ mutatæ ſint, aliæ vero plurima nova contineant, de ſingulis nobis accuratius agendum eſt, ne lateat, quomodo hi fontes leviores cum ceteris gravioribus conveniant aut ab iis abhorreant. Primo quidem nobis placuerat, teſtimoniorum particulas leviores, itaque omiſſas, opportune annotationibus noſtris inſerere iiſque illuſtrare; ſed cum nonnulla antea non cognita reperiſſemus, his poſtremo in* Supplemento *illas addere maluimus, ne cui textus plenior alibi quærendus eſſe videatur. Teſtimonia vero ipſa ſecundum chronologicum alphabeticum terrarum ordinem diſpoſuimus, pro maxima parte Europæ diviſionem romanam ſequuti. In alio volumine* Epiſtolas, Chartas, Conventiones *editas & ineditas ſummatim vel plene typis mandabimus,* Tabulam topographicam regionis Damiatinæ *necnon* Catalogum cruceſignatorum *ſuperaddentes.*

I

TESTIMONIA E CHRONICIS IN BELGIO SCRIPTIS EXCERPTA.

§ 1 & 1 a. *In numero annalium Belgicorum primum locum obtinet* REINERI LEODIENSIS Continuatio chronici Lamberti

Parvi [1]. *Poſtquam auctor narravit, anno MCCXVII multos bello inutiles abſolutos fuiſſe, ſolus noſter portum Ianuenſem vocat, unde crucesſignati Teutonici in Terram Sanctam profecti fuerint. Pluribus auget & illuſtrat, quæ ex aliis chronicis de bello Damiatino ſatis cognita habemus, ſive* Epiſtolam epiſcoporum Luſitanicorum [2], *ſive ſermones peregrinorum domum profectorum* [3] *maxime ſequutus. Noſtro ſoli auctori debemus, quæ de ſolemnitate pro captione Damiatæ Leodij facta & de curia a Friderico imperatore in urbe Francfurt* [4] *habita narrantur.*

§ 2 & 2 a. GUILELMUS ANDRENSIS *refert, Simonem archiepiſcopum Tyrenſem ab Honorio in Galliam miſſum fuiſſe, qui debiles & inutiles crucesſignatos abſolveret* [5], *cum* Chronici

1 De Belgis crucefignatis videas Dirks, *Nord Neederland en de Kruiſtogten* in *De vrije Fries*, Leeuwarden, 1842, II, pp. 221-290, & leviſſimum librum, v. Haſſelt, *Les Belges aux croiſades*, Brux., 1846, pp. 186-202.

2 Raynaldi., *Annales*, ed. Manſi, 1217, §§ 32-35; ſupplementa videas ibid. §§ 35-36 & § 37.

3 « Friſonum & Theutonicorum « abiit maxima multitudo in paſſagio « ſ. Crucis inſtanti, » (MCCXVIII, ſept. xiv) dicit Oliverius (p. 1405); ſyngraphum eodem die & anno Friſonibus reverſuris ſcriptum videas in van Mieris, *Charterboek*, I, 176. Alij peregrini, voto non impleto, circa paſcha MCCXVIII iam redierant (*Epiſtol. Iacobi Vitriac.*, II, 290; *Annal. Ceccan.*, infra p. 237), alij calendis maij & initio ſeptembris MCCXIX eos ſequuti ſunt (Oliver., 1411; Epiſt. Iacobi, III, 300; *Geſta obſ.*, 104; Ioh. de Tulbia, 133; *Lib. duell.*, 160). Ex horum peregrinorum ſermonibus noſter ſumpſiſſe videtur, quæ de pugna apud Alcazar facta in *Epiſtol. epiſcop. Luſit.* reperiri non poſſunt.

4 Inter vij. & xvj. dies aprilis (Bœhmer-Ficker, *Regeſta imperij*, 1879, p. 250-251; Winkelmann, *Acta imperij inedita*, pp. 156-158, nº 180).

5 Guil. Andr., infra p. 330; Burch. Biberac., p. 330; Potthaſt, *Reg.*, nºˢ 5380, 5381; *Epiſtol. Gervaſij* [in *Rec. des hiſt. de France*, XIX, 604-606, 619-620]; Simon vero in autumno anno MCCXVII in urbe Accon parlamento illi interfuit, quod principes chriſtiani habuerunt (*Eracles*, 323). Quum legatus Sedis apoſtolicæ Robertus multos debiles ac prorſus inutiles cruce ſignaviſſet, illi partim plane abſoluti (Potthaſt, nºˢ 5049, 5080, 5586, 25816, 25925), partim ut contra Rutenos pugnarent admoniti ſunt (Potthaſt, nºˢ 5459, 5775); plerumque abſolutio oblata eſt unicuique qui ſummam aliquam ſolveret (cf. quæ ad § 32 notavimus), ſeu tantam pecuniam, quantam dediſſet vel impendiſſet, ſi iter perſonaliter arripuiſſet (Potthaſt, n. 48, 5208), ſeu vicarium in T. Sanctam miſiſſet (Id., 5390); indulgentia quoque conceſſa eſt auditoribus prædicatorum (Id., 4711).

Turonensis *auctore* [1] *necnon cum* Ernulio *convenit*, *Pelagium legatum genere Hispanum vocans. Memoria digna sunt verba, quibus de decima a clericis per tres annos soluta ac penitus amissa conqueritur.*

§ 3. SIGEBERTI GEMBLACENSIS Continuatione Bergensi *historia Damiatina levissime tangitur; ex elocutione (Damiatæ castrum) « quod dicebatur clavis Egypti », quæ in omnibus fere chronicis legitur, de fonte quodam principali nihil colligi posse, neminem fugiet. Quæ de Alberico archiepiscopo Remensi profert* [2] *auctor e* GUILELMI ANDRENSIS *chronica deprompsit.*

§ 4. PHILIPPUS MOUSKET *solus narrat, christianorum duces arcem Thabor obsidentium fictis byzantinis corruptos fuisse* [3]

1 Infra p. 87. Pelagius (Galvani) primo fuit cardinalis diaconus ecclesiæ S. Luciæ in septi solio, ab anno MCCVI cardinalis presbyter S. Cæciliæ & ab anno MCCXI episcopus Albanensis factus atque officio legati in Græcia functus est (Potthast, *Reg. pont.*, n° 4802-4804, 4811, 5052, 6584); de eo conferas *España sagr.*, XXXV, p. 288; *Notices & extr. des man.*, IV, p. 210 seqq.; Ughelli, *Italia sacra*, V, p. 1121; Hurter, *Innocenz III*, t. II, p. 547; Potthast, *Reg. pontif.*, I, pp. 462, 466, 678; Paoli, *Codice*, I, pp. 521-522. Paulo post xviij diem maij MCCXVIII a Roma profectus fuisse videtur (Potthast, n° 5810).

2 Postquam paulo ante (MCCXVI) crucem assumpsit (Potthast, *Reg. pont.*, n° 5325; n° 5622), testamentum fecit (Marlot, *Metropol. Rem. hist.*, II, 546; *Les archives de Reims*, I *A*, 508) in procinctu peregrinationis vices suas in provincia Remensi gerendas Miloni electo tradidit (Brequigny, V, 113; Potthast, n° 5819; cf. 25945), quas hic, Alberico mortuo, Iacobo thesaurario Bellovacensi, postea episcopo Suessionensi facto, commisit (*Gallia christiana*, IX, 740). Anno MCCXVIII mense maio (Oliver., 1402; *Chron. Medardi*, infra 127), dum episcopus Lemovicensis, qui anno MCCXIV a Roberto de Curcon crucem acceperat (*Chron. Bern.* [*Rec. des hist. de France*, XVIII], 233; *Gallia christ.*, II, 527) in urbe Accon remaneret & obiret (Oliverius, 1402; *Albericus* infra p. 93; *Annal. S. Nicasi* [*Mon. Germ.*, *SS.*, XIII], p. 85), Albericus noster rediturus (Rein. Leod., infra, p. 330) in urbe Papia mortuus (MCCXVIII, dec. xxiv) & in cathedrali ecclesia S. Augustini (Marlot, II, 547: in ecclesia S. Petri) sepultus est (de sepulcro eius, quicunque de historia Papiensi egerunt, tacent). Unde vero *Hist. litt. Franc.* (XVII, 202-204) auctores hauserint archiepiscopum cum comite Hollandiæ Guilelmo in Hispania contra Saracenos pugnavisse, sed ab iis captum & per fratres ordinis Calatravæ liberatum fuisse, plane ignoramus.

3 Eadem de christianorum principibus sæpissime falso narrantur (Röhricht, *Beiträge*, II, p. 101, not. 72; 127, not. 33; 225, not.

& Pelagio, cladis auctori, proditoris notam inussit[1]*; quæ de Waltero episcopo Tornacensi electo nuntiat, aliis fontibus confirmantur*[2].

§ 5. ÆGIDIUS AUREÆ VALLIS *quædam mirabilia refert de magistro Iohanne*[3], *e monasterio Oigniacensi orto; hunc enim crucis prædicatorem post mortem animos eorum qui crucem assumpsissent e flammis purgatorij, precibus ad Deum fusis, eripuisse.*

§ 6. Gesta abbatum Orti S. Mariæ *primus Weiland ediderat*[4], *omittens tamen textum nostrum quem Wybrands in lucem prodidit. Unde, quamquam de quinto bello sacro nihil hauriamus, tamen cognosci potest, quanto cum fervore Oliverius, ille scholasticus Coloniensis, in Frisia crucem prædicaverit & Frisones ad crucem accipiendam allecti accurrerint. Dodo, cuius mentio fit, fuit filius Wibrandi, viri potentis de Campeneggabure, eiusque soror erat Bava, nobilis matrona, uxor Guidonis Elgera de Ethelgerabure, cuius filius vocatur Ethelgerus, abbas Sancti Horti.*

§ 6 bis. *Quæ* GUIDO DE ANTVERPIA *narrat, pro maxima parte ex* VINCENTII BELLOVACENSIS Speculo historiæ *manaverunt.*

§ 7. BALDUINUS DE AVESNIS *chronicon* ERNULII *excerpsit, sed lapsu calami nonnulla mutavit*[5].

44). Iacobus Vitriacensis (*Epist.*, I, 288) de obsidione arcis Thabor dicit: « Ut totus clamat populus — « fides mala intercessit. » Arabum annalibus continetur, christianos, arce per xvij. dies oppugnata, abiisse, quum eorum princeps quidam cecidisset (Reinaud, *Extr.*, 387).

1 Pari modo poetæ alij legatum increpant (Meyer in *Bibl. de l'école d. chart.*, 1877, p. 516-517).

2 *Annal. Blandin.* (*Mon. Germ.*, *SS.*, V), p. 30; cf. *Gallia christiana*, III, 219; antecessor eius obierat iv. calend. nov. MCCXIX. Epitaphium Walteri prostat in Thomæ Cantipratensis *Bon. univers.* (ed. Duac., not. in libr. I, p. 19.)

3 De Iohanne, decano Leodiensi postea regulam s. Augustini Oigniaci professo, videas Matzner, *De Iacobo Vitriacensi*, p. 11, 65.

4 *Mon. Germ. SS.*, XXIII, p. 573-608; cf. *Gött. Gel. Anz.*, 1877, p. 782; von Sybel, *Histor. Zeitschr.*, 1880, III, 498-500. Locus Westerbintum (idem atque Hoogeintum) in pago Ferwerderadel quærendus esse videtur.

5 Ernoul (p. 429) notat x., noster xx. galeas, iste (p. 446) pacem vj., noster vij. annorum (eundem numerum præbet Walt. Hemingb., infra p. 70). Ceterum de Balduino conferas dissertationem quæ exstat in *N. Arch. für ält. d. Gesch.*, VII, 129-151.

§ 8. BALDUINUS NINOVIENSIS *inter crucis prædicatores numerat Ægidium de Lewes.*

§ 9. *Quæ in* Geftis Frifiorum [1] *legimus, pro maxima parte ex* OLIVERII Hiftoria Damiatina *deprompta, fed traditionibus quibufdam frifiacis aucta & amplificata funt. Vifioni illi, quæ accidit anno MCCXIV, & de qua Oliverius verba facit* [2], *interfuiffe abbatem Heifterbacenfem eiufque conventus lectorem, fatis notum eft* [3]; *fed auctor nofter folus narrat, equites cæleftes Frifones commonuiffe, ut cruces affumerent, Frifones ad arcem maritimam capiendam* tres *naves compegiffe, Frifonem quendam in Nilum flumen demerfum duos hoftium natatores interemiffe, alios ignem græcum urina exftinxiffe & duos, quamquam fcalæ viij. pedibus breviores fuiffent, in turrem infiluiffe, qui ab Liockborna* [4] *& Violgama orti fuiffe dicuntur. Aperte errat auctor nofter dum vult, Frifones arce potitos urbem Damiatam cepiffe &, præda ingenti congefta, combuffiffe.*

§ 10. *Nova funt, quæ* Chronico Viconienfi *continentur. Primum enim narrat auctor, Ægidium de Lewes* [5], *crucis prædicatorem multos homines nefarios ad fidem convertiffe &, ut cru-*

1 Quorum fummam repetit Dirks in *De vrije Fries*, Leeuwarden, 1842, p. 322-328.

2 In *Epiftola* anno MCCXIV ad Philippum comitem Namurcenfem data (Martène, *Ampl. Coll.*, I, p. 1115-1116; *Niederrh. Jahrb.*, 1843, 98-101; Emo in *Mon. Germ.*, *SS.*, XXIII, p. 473-474, not. 29), quam excerpfit in *Hiftor. Damiat.*, p. 1401, Oliverius narrat l. millia Frifonum cruce fignatos fuiffe.

3 Cæfarius Heifterbacenfis infra, p. 172, 176; *Epiftola Oliverij* (*Mon. Germ.*, XXIII, p. 473, not. 29); cf. Dirks, p. 203-206. Chriftiani quoque arcem Alkazar obfidentes (*Quinti belli facri fcr. min.*, I, p. XX, not. 1), necnon qui coronationi Rudolfi regis, Aquifgrani factæ, interfuerunt (anno MCCLXXIII), crucem fplendidam inter nubes fe vidiffe confirmabant (Corner, in Eccard., *Corp. hift. med. ævi*, II, 922).

4 Oliver., 1405, « iuvenis Leodienfis »; *Eracles*, 328: « Litot qui puis fe rendi à l'Ofpital des Alemanz »; uterque accuratiffime defcribit « plumbatam », qua ufus alter (Hayo de Violgama) Saracenos percuffit; de qua ceterum conferas Alwin Schultz, *Das höfifche Leben im Mittelalter*, II, 183. Frifonum laudem militarem inde extollit Fridericus imp. MCCXXVI (H. Bréholles, II *B*, p. 541).

5 Iohannes Ægidius de Zirickfee five Lewes (S. Peter Leuw in Brabantia meridionali fita) fuit plebanus (Delprat in *Bijdragen voor vaderl. Gefchiedn.*, V, 1847, p. 75-89; *Hift. littér. de France*, XVIII, 152-162) poft annum MCCXVIII abbas Viconienfis factus, anno MCCXXVII cum An-

ces assumerent adduxisse, cum his in Ægyptum profectum in pugna apud pontem quendam commissa tantopere eminuisse, ut impletum fuerit « quod unus mille & duo fugarent decem millia » [1]. *Postea vero Ægidio duce christianos nullo resistente in urbem irrupisse, cuius facinoris egregij testem auctor vocat Ægidij armigerum domum reversum.*

§ 11, 12. WILHELMUS EGMUNDANUS, *qui* GILBERTUM *(infra p.* 238*) excripsit &* IOHANNES DE BEKA *levissima de historia Damiatina nuntiant* [2] *; alterum historiam quinti & tertij belli sacri commiscere apparet.*

§ 13. IOHANNES CLERICUS *primus traditionem illam memorat, Harlemenses cives nave ferrea serra armata portum urbis Damiatæ invasisse atque inde arma accepisse a Friderico imperatore & patriarcha Constantinopolitano, quorum neutrum bello Damiatino interfuisse satis constat. Solus vero narrat, Harlemenses non catenam, sed ingentem malum portum præcludentem fregisse.*

§ 14. PETRUS DE HARENTHAL *inter prædicatores crucis habet septimum monasterij Floreffensis abbatem nomine Hellinum* [3], *socium Iacobi Vitriacensis, quem anno MCCXVIII in peregrinatione Ierosolymitana mortuum esse scimus.*

drea plebano Ninoviensi in Terram Sanctam profectus & inde reversus, anno MCCXXXV mortuus est. In obsidione Damiatæ constitutus xij. die novembr. MCCXIX amicis suis epistolam scripsit, quam ex Martène, *Thes. anecd.*, I, 874-875, in alio volumine edemus.

1 Hic versus refertur & ad pugnam festo s. Dionysij (Ioh. de Tulbia, 121-122, *Lib. duellij*, 146) & ad alteram festo s. Demetrij commissam (*Gesta obsid.*, 77-79). Priorem *apud pontem* factam esse confirmat *Eracles*, 333-334, alteram Ioh. de Tulbia, 121-122; *Lib. duellij*, 146; Oliv., 1406; *Histor. patriarch.*, 394. Quum vero pugna festi s. Dionysij (ix. die octobr.) & *post eam* festi s. Demetrij memoretur, diem istum non calculo *latino* (viij. die octobr.) sed *græco* (xxvj. die octobr.) statuere licet, quod iam Wilken (*Gesch. d. Kreuzz.*, VI, 210, not. 22) recte animadvertit. Dies vero vicesimus sextus revera fuit dies Veneris (Reinaud, 394; Ioh. de Tulbia, 121-122) & non dies Martis (*Gesta obsid.*, 77); hoc die festus erat s. Dionysij, unde cognosci licet, vere in *Gestis* pugnam noni octobris intelligendam esse.

2 Quæ Iohannes refert repetuntur in *Cronica de Hollant* (Matthæus, *Analect.*, V, 533); cf. Scriverius, *Het oude goutsche Chronycken van Hollant*, Amst., 1663, 58.

3 *Fundat. abbat. Floreffens.* in *Chroniques Belges*, 196. Barbier, *Nécrologe de l'abbaye de Floreffe*, 1871, p. 119, narrat (sub xiv. calend. septembr. die), Helinum

§ 15. IOHANNES DE YPRA *exſcripſit* GUILELMI ANDRENSIS & MARINI SANUTI *chronica.*

§ 16. IACOBUS DE GUISIA [1] *ſequitur* VINCENTIUM BELLOVACENSEM,

§ 17. IEAN DES PREIZ D'OUTREMENSE *textum, qui inſcribitur :* Récits d'un meneſtrel de Rheims,

§ 18. IOHANNES BRANDAO [2] *iterum* VINCENTIUM BELLOVACENSEM.

§ 19. La chronique rimée de Floreffe *e* PETRI DE HARENTHAL catalogo *manavit.*

§ 20. EDMUNDUS DYNTERUS *de concilio Lateranenſi nuntiat, quæ iiſdem fere verbis in plurimis chronicis leguntur* 3, *ceterum* GUILELMI EGMUNDANI *relationem copioſius repetens.*

§ 21. Chronicon recentius magiſtrorum ordinis Theutonici, *in* OLIVERII Hiſtoria Damiatina, Chronico ordinis

mortuum fuiſſe in domo ordinis ſui « Epiſcopia » (in inſula Cypri); idem legimus in Miræi, *Ordin. præmonſtrat. chronico,* 1613 ad MCCXV & MCCXVI; Le Paige, *Biblioth. Præmonſtr.*, 520; Fiſen, *Flores eccl. Leodienſ.*, 382. Gervaſius abbas præmonſtratenſis Helinum noſtrum crucis prædicatorem & peregrinum memorat (Miræus, I, p. 162-163).

1 Quæ Iacobus (XIV, p. 316-321; XX, c. 76-77) de quinque fratribus minoribus in regno Marroch martyrium paſſis narrat, ad noſtram hiſtoriam non ſpectant; eadem leguntur in *Lib. conform.*, Bartholomæi de Piſis, p. 78-78*a*; *Mon. Portugal.*, *SS.*, I, 105-116; Ruy del Pina, *Chronica del rey D. Alfonſo* (Liſboa, 1727), p. 18-30. Anno MCCXIX (v. die ſept.), Honorius III ad Abu Iakub miramulinum epiſtolam dedit qua rogavit, ut exiſtentes in terra ſua chriſtianos uti lege ſua libere permitteret & Gonſalvum, fratrem ordinis Hoſpitalis, latorem epiſtolæ, benigne acciperet (Potthaſt, nº 6121). Religionem chriſtianam in regno Marrochiano anno MCCXVIII propagatam fuiſſe legimus in: *De itinere Friſonum* (*Q. belli ſ. ſcript.*, I, p. 61).

2 De eo conferas Kervyn de Lettenhove, Brandao, *Chron. des religieux de Dunes*, 1870, introd., p. I-XVIII. Brandao nomina epiſcoporum in Terram Sanctam profectorum cum aliis exſcripſit e *Vincentio* (infra, p. 109), qui vocat epiſcopum *Cretenſem* (Oliverius, 1423: archiepiſcopum *Coetenſem*; archiepiſcopus *Cretenſis* memoratur in Potthaſt, n. 7105); noſter vero ſcribit: epiſcopum *Trecenſem*, alij falſo (Ioh. de Columpna, *Chronic. ordin. Theutonici recentius* infra p. 27, Ioh. Trithemius): *Trevirenſem.*

3 Potthaſt, *Reg. pontif.*, I, 437; Winkelmann, *Geſch. Kaiſ. Friedrichs II*, t. I, p. 105-106; *Otto von Braunſchweig*, p. 513.

Theutonici [1] *ac* PETRO DUSBURGENSI *niti, editores iam recte animadverterunt; quæ a primo fonte abhorrent* [2], *falsa atque ficta sunt.*

§ 22. Olde Freesche Chronik *e* Gestis Frisiorum *manavit* [3].

§ 23. ÆGIDIUS DE ROYA *sequitur* VINCENTIUM BELLOVACENSEM.

§ 24. Magnum chronicon Belgicum *in* ALBERICI & MARINI SANUTI *relationibus nititur.*

§ 25. HADRIANUS IUNIUS *repetit, Harlemenses nave ferrea serra armata catenam Damiatam fregisse, cuius præclari facinoris ad testimonia vocat processionem quæ in urbe Harlemi calendis ianuarij fieri soleat* [4], & *bina tintinnabula in turri maxima suspensa.*

§ 25 bis. *In* Friesche Kronick *exscripta sunt* Gesta Frisiorum, *sed quæ in hoc de Harlemensibus in priori de Dorumanis referuntur.*

§ 26. IOHANNES A LEIDIS, *prior ordinis Carmelitorum Harlemensium, repetit quæ* IOHANNES CLERICUS & HADRIANUS IUNIUS *de laude Harlemensium nuntiaverunt cum priori errans quum dicat, Fridericum imperatorem ante Damiatam constitutum fuisse* [5]; *recte vero pro patriarcha Constantinopolitano Hierosolymitanum in exercitu christianorum versatum memorat, ceterum* (p. 180-182) *Cæsarium Heisterbacensem exscribens* [6].

1 Matthæus, *Analect.*, V, 669-678.

2 Trevirensem ac Bremensem archiepiscopos & marchionem de Brandenburg quinto bello sacro non interfuisse, neque patriarcham Ierosolymitanum captum fuisse, satis constat.

3 Editor textus (*Worken*, 198) notat: « Het is namelijk gebleken, « dat de Friesche tekst in het hand- « schrift van Iunius, be Oxford be- « ward, ene vertaling is von den « Hollandschen en wel eene gebrek- « kige vertaling, gemakt uit dit « zelfde exemplar in het Archief van « Gabbema (1680) ».

4 Lud. Smid, *Schatkamer* (Harlem, 1737), p. 32, memorat, naviculas illas in pompa Harlemensi latas vocari *Beuselpraat.*

5 Guilelmum comitem non in castris Damiatinis, sed in curia Frankofurtensi (cui vere interfuit; Böhmer-Ficker, p. 251) arma ab imperatore accepisse, confirmare vult Dirks, 287. Idem narratur de Frisone ex gente Roorda, qui Saraceno a summo ad imum bipartito (cf. Röhricht, *Beitr.*, II, 396), ante Damiatam in armis capitis Saraceni imaginem pictam acceperit (van Leeuwen, *It aade Frieesche Teop*, Leuwarden, 1834, p. 379); cf. Dirks, 263.

6 *Dialog.* infra 162-164, 172-175.

§ 27. *Ex hoc fonte manavit* Die Cronyke van Hollant.

§ 28. RENERUS SNOIUS *exſcripſit* HADRIANUM IUNIUM.

§ 29. WORPERUS *ſequitur* OLIVERIUM SCHOLASTICUM,

§ 30. IACOBUS MEYERUS *vero* ÆMILIUM PAULUM & IOHANNEM DE THWROCZ.

§ 31. CASPAR WACHTENDORP IOHANNIS LEIDENSIS *relationem verſibus tradit, ſed recte notat, comitem Hollandiæ, Florentium, Antiochiæ mortuum fuiſſe.*

§ 32. *In* Chronico Tornacenſi *brevis mentio fit Walteri epiſcopi Tornacenſis* [1].

§ 33-34. SAMUEL AMPZING *duo prabet carmina* [2], *quibus res ab Harlemenſibus præclare geſtæ celebrantur; in unoquoque nomina eorum enumerantur, qui in pugna Damiatina arma ſua accepiſſe dicuntur. Virtus Harlemenſium aliis quoque carminibus extollitur & a multis Friſiæ hiſtoricis memoriæ traditur* [3]; *præcipuum eius teſtimonium vocatur illud proverbium:* « T'is « een manneken om op een praauw te ſetten [4] ». *Alij*

1 Redimebantur vota Hieroſolymitana anno MCCXVI pro *quinis* (Cæſar. Heiſterbac., *Dialog.*, II, c. 7), anno MCCXXVII (Albericus in *Mon. Germ.*, *SS.*, XXIII, p. 922) pro *quaternis* marcis; ceterum conferas Thom. Cantiprat. infra p. 122-123. Plurimos crucesignatos anno MCCXVII-MCCXVIII Romæ abſolutos fuiſſe, teſtantur Guil. Andr., 330; Burchardus, 340; Ernoul, 294; Cæſar. Heiſterbac., *Fragm.* (in Alex. Kaufmann, *C. von Heiſterb.*, p. 185-186).

2 *Schrevelius* compoſuit *Trophæum Peluſiacum* (Harlemi, 1598), in quo hiſtoria Harlemenſium, Iohanne Leidenſi & Oliverio ducibus, celebratur; cf. Langendijk, *De Graaven van Holland* (Harlem, 1745), p. 57-64. Recentiora carmina profert Ampzing, p. 156-157, 157-159, alia typis impreſſimus infra p. 331 ſeq.; recentiſſimum confecit Wilhelm von Waldbrühl: *Durch wie ein Holländer!* in Gubitz, *Der Erzähler*, Berlin, 1839, nº 47, p. 235.

3 Guiccardini, *Beſchryvinghe van de Nederl.*, Amſt., 1612, p. 197-198; Voſſius, *Holl. Annal.*, III, p. 10; Oudhoven, *Haarl. Wieg.*, XXIII, 81; Veldenaer, *Chronijke van Hollandt*, ed. Ioernis de Buxhorn, 1654, p. 24; Schotanus, *Geſchiedniſs van Frieſland*, 108; Van Leeuwen, *Batavia illuſtrata*, I, p. 183-185; Wagenaar, *Vaterl. Hiſtor.*, 1749, p. 350-352; C. de Koning, *Tafereel der ſtad Haarlem*, 1808, II, 15-17. Tabulas, in quibus arcis maritimæ captio picta eſt, videas apud Wagenaar, II, 347, Schrevelium, 38, Drieſſen, *Mon. Groning.*, III, 554 in *Grand théâtre hiſtorique*, III, 328; celeberrimæ ſunt tapetes, quæ adhuc in curia urbis Harlemi inveniuntur.

4 L. Smid, *Schatkamer*, p. 52,

vero laudes Harlemensium civibus urbis Dokkum attribuerunt [1], *sed totam hanc traditionem, cuius Oliverius ac ceteri fontes principales ne verbo quidem mentionem faciant, plene fictam esse nemo negabit.*

§ 34 bis. I. von Vondel [2] *in versus redegit, quæ* Ioh. Leidensis *& alij de Harlemensibus narrant, sed aperte falso historiam septimi belli sacri immiscet.*

§ 34 ter. Antonides van der Goes 3 *paucis verbis laudem bellicam Harlemensium celebrat & exornat.*

sub voce *Damiette* explicat: « Het is een moy knechtje om uit gekipt in den ommegang op de praauwen by de saagscheepjes gebruikt te werden! » Harrebome, *Spreekwordenboek der neederl. taal* s. voce citat proverbij duas formas & dicit, si legatur *praauw*, vertendum esse cum L. Smid: « Ecce iuvenculus dignus qui ponatur in scapho, id est, dignus, qui ferat in processione primi ianuarij naviculam serratam! » Si vero legatur *praam*, intelligendum esse: « Hic est puer rusticus, nequissimus! » Ceterum conferas Sprenger van Eyck, *Handleidung tot de Kenntnis von onze vaderl. Spreekworden*, 1855, p. 112; Van Lennep, *Zeemanswoordeboek*, 1850, p. 169.

1 *Friesche Kronik*, infra p. 330. Eggerik Beninga, *Historie van Ostfriesland* (Matthæus, *Anal.*, IV), p. 118, lib. I, c. 100. Simulacrum navis serra armatæ ventorum indicem in ecclesiæ principalis summo fastigio testimonium adhuc versari confirmat Idzinga, *Staatsregt van Groningen*, Leeuwarden, 1758, p. 126; cf. Dirks, 328. De armis Doccumensium legimus in *Teegenwordige staat van Friesland*, 1756, II, p. 261-262: « Opmerkelijk is, « dat ou de wapen der stad Dokkum slechts drie sterren bevatte, « terwijl hetzelve lat met eene « kwartier man vermeerderd werd « ter gedachtenisse van de over- « winnigen in de heilige oorlogen « op de Sarracenen behaald »; cf. Dirks, 290.

2 Ubbo Emmius, *Rer. Frisiac. Hist.*, p. 315; W. van Gouthoeven ad *Divisie Kronijk*, 1636, I, 283, 299-301; Winsem, *Chronijke van Vriesland*, p. 154; Van Leeuwen, *Beschryving van Leiden*, 322; Sjoerds, *Hist. Iaarboeken van Friesland*, 1769, 488-506; L. Smid, *Schatkamer*, p. 51; Menso Alting, *Notit. German. inferior.*, II, 81; Wiarda, *Ostfries. Mannigfaltigkeiten*, 1786, pp. 129-133; 137-149; Taky od-dini Ahmedis al-Makrizij *Narratio de expeditionibus adversus Damyatham susceptis*, ed. Hamaker (Amstelod., 1824), p. 81-89; cf. Dirks, p. 287 seqq. Van Oosten, p. 41, & de Coning, II, 17, narrant, naviculas in ecclesia Harlemi principali adhuc suspensas circa annum MDCLXXX vel paulo post a David Konen factas & his anteriores dona fuisse collegij vel corporis fabrorum navalium.

3 Textum debemus amicissimo D. Wybrands, Hornensi.

II

TESTIMONIA IN MAGNA BRITANNIA SCRIPTA.

§ 35. *In* Continuatione ROGERII DE HOVEDENE *nonnulla de nobilibus Angliæ nuntiantur, qui in Terram Sanctam profecti sunt; tum sequitur* Epistola principum *xj. die novembris anno MCCXIX scripta. Damiatam vero non circa festum Assumptionis (xv. die Aug.), sed ipso festo Nativitatis Mariæ a christianis Soldano redditam fuisse, e ceteris fontibus intelligitur.*

§ 36 & 36 a. *Hanc* Continuationem *exscripsit* WALTERUS DE COVENTRIA, *sed addit narratiunculam de quodam milite Flandrensi, quam alibi frustra quæres* [1].

§ 37-37 a. RADULFUS COGGESHALENSIS *nuntiat Nicolaum episcopum Tusculanum legatum in Angliam venisse (MCCXV) & tres prædicatores crucis constitutos fuisse* [2]. *Quæ de Roberto apostolicæ sedis legato, de Iohanne rege Angliæ cruce signato, de Iohanne rege Hierosolymitano in Angliam profecto* [3], *de testamento Philippi regis Franciæ profert* [4], *in aliis chronicis accuratius & copiosius exposita sunt. Denique epistolam excerpsit, quam P. de Monte Acuto Alano Marcel de Damiatæ redditione*

1 Hac illustratur, quomodo christiani domus, turres & mahumerias inter se diviserint. Eadem de re copiosius agitur in charta, quam ex Savioli, *Storia di Bologna*, II *B*, p. 431-432, nº 487, in alio volumine edemus. Oliverius, 1439, scribit : « In distributione turrium « ac domorum gens illa laudabi- « lis [Frisonum] obediens & stre- « nua, quæ a principio cum magna « virtute Damiatam applicuit, aut « nullam habuit sortem aut vilem. » Ianuenses & papa Honorius III ipse non minus questi sunt de divisoribus avaris (*Mon. Germ.*, *Epist.*, I, p. 91, nº 125; Rayn., *Annal.*, 1221, § 16). Ceterum conferas Ioh. de Tulbia, p. 138-139; *Lib. duellij*, p. 164-166; Iacobi Vitriac., *Epist.*, IV, 304; Oliv., 1419.

2 *Quinti belli sacri scriptores*, I, p. ix; Potthast, *Reg.*, n. 4727.

3 Röhricht, *Beiträge*, I, 60, not. 69; 61, not. 70; cf. *Annal. Waverl.*, 296; *Annal. Dunstabl.*, infra 67; Potthast, *Reg. pontif.*, n. 5057, 5333.

4 Röhricht, *Beiträge*, I, 60-61; Teulet, *Layettes du trésor des chartes*, I, n. 1546, p. 549-550; Conon. præpos. Lausann. (in *Mon. Germ.*, *SS.*, XXIV, p. 783); *Eracles*, 357. Testamentum anno MCXC factum (Rigord in *Rec. des hist. de France*, XVII, 30) hoc

& chriſtianorum pace parum honeſta miſit, pauca addens, quæ e ceteris fontibus cognoſcuntur. Solus noſter de epiſcopo Wintonienſi « fruſtra in archiepiſcopum de Damiata electo » & de Roberto & Rogero de Ver comitibus verba facit. Quæ de Iohanne preſbytero refert, aliis chronicis confirmantur.

§ 38. ROGERIUS DE WENDOWER OLIVERII Hiſtoriam Damiatinam *prorſus exſcripſit; quæ vero Soldanus cum chriſtianis de pace componenda cum principibus ſuis colloquutus fuiſſe traditur, aperte ficta ſunt.*

§ 38 bis. Chronica de Dieulacres *continetur narratiuncula de comite Ceſtrenſi, qui pericula maris effugit precibus monachorum adiutus, quos in clauſtro ab ipſo condito poſuerat* [1].

§ 39. MATTHÆUS PARIS *in* Hiſtoria Angliæ maiore & minore ROGERIUM DE WENDOWER *ſequitur; quæ vero in priore de templario Ferrando, chriſtianorum proditore, narrat, alibi non invenies* [2].

codicillo auctum fuerat. Ceterum Philippus rex annis MCCXIV & MCCXVIII in ſubſidium Terræ Sanctæ chartas dederat (Deliſle, *Catalogue des actes de Ph.-Auguſte.* Paris, 1856, p. 349, n. 1530; append., p. 520, nº 1852).

1 Textum noſtrum liberaliſſime contulit vir cl. E. Biſhop, Londinenſis.

2 Oliverius (1436) narrat ſub fine auguſti MCCXXI Imbertum « qui « conſiliis Domini legati ſecretiſſimis « intereſſe conſuevit » chriſtianos prodidiſſe; J. prior hoſpitalariorum Franciæ anno MCCIII memoratur (Deliſle, *Catal.*, n. 755, pp. 173-174) præceptor eiuſdem domus anno MCCXIX (Paoli, *Cod.*, I, 290-291, n. 12) & « procurator » in Mſcr. lat. bibl. Pariſ. Nat. 17503, n. 190. Templarios eodem tempore valde corruptos fuiſſe (Reuter, *Alex. III*, t. III, p. 595 ſeq.; Hurter, *Innocenz III*, t. IV, p. 317 ſeqq.) multi proteſtati ſunt; in *Annalibus Florentinis* II (§ 171 *a*), nuntiatur Damiatam fuiſſe « perditam Templariorum culpa, » & Honorius ipſe de eorum corruptione nuntios acceperat, ſed parvi æſtimaverat, quum Pelagius eos laudaviſſet (*Mon. Germ., Ep.*, I, p. 57-58, n. 79, anno MCCXVIII, nov. xxiv): « Exercitus apud Damiatam non poſſet aliquatenus remanere, cum quælibet « predictarum domorum (templi & « hoſpitalis) fere duobus millibus perſonarum & ſeptingentis equitaturis « cotidie neceſſaria ſubminiſtret. » Teſtimonia vero perverſitatis citantur in proceſſu Templariorum: « Illa « ſtatuta ordinis quæ facta fuerant « apud Caſtrum peregrini » (Michelet, *Procès des Templiers*, I, 458; de torneamentis ibidem inter milites chriſtianos & Beduinos ſæpiſſime habitis, Thietmarus, ed. Laurent, p. 22-23, copioſius agit), ſecreta ſcilicet ſtatuta alibi vocata « ſtatuta antiqua Damiatæ » (Raynouard, *Mon. relat. à la condam-*

§ 40. *Idem in* Hiſtoria minore *nonnulla addidit, quæ ex fonte non ſuperſtite hauſiſſe videtur. Primum enim verba :* « Et « erit pax & amicitia » *ex pacis ipſo inſtrumento deſumpta eſſe cenſeres* [1] *; tum quæ ex colloquio inter comitem de Arundel & Pelagium habito* [2] *& de Sarracenis chriſtianorum irriſoribus narrat, in fontibus noſtris non leguntur. Præterea citat* « Librum Templariorum ». *Hunc eundem eſſe atque* OLIVERII Hiſtoria Damiatina, *quam Rogerius de Wendower excerpſerit, nobis veriſimillimum eſſe videtur ; quæ in ea non inveniantur auctore ipſo ficta eſſe non negaremus, quum ſatis appareat Matthæum hiſtoriam ſæpiſſime propria eloquentia percoluiſſe & exornaviſſe.*

§ 41. IOHANNES DE GARLANDIA [3], *ſicut quædam aliæ chronicæ Damiatam falſo Memphim* [4] *vocat, & cum quibuſdam narrat, Soldanum chriſtianis inopia preſſis panes & alimenta varia miſiſſe.*

§ 42-43. Annalibus de Burton & Annalibus de Theokeſberia *nihil novi affertur.*

§ 44. *In* Brut y Tywyſogion *comes de Caerleon & comes Marſhall Brian de Inſula crucesignati vocantur* [5]. *Auctorem errare dicentem, arcem maritimam ſuper rates conſtructam* [6]

nation des Templ., Paris, 1813, p. 283, not. 1). Corruptionem omnium chriſtianorum apud Damiatam verſantium ſ. Franciſcus (*Eracles*, 348 ; Marin. San., 254) & nonnulli ſcriptores (Oliverius, 1424 : « Nullus enumerare valet corruptelam exercitus noſtri » ; Iacob. de Vitr., *Ep.*, IV, 303, apud d'Achery, t. VIII, 374, 376-378) valde vituperaverunt.

1 Iuramentum, etſi non pacis inſtrumenti, videas apud Oliverium, 1437.

2 In margine codicis *Hiſtor. maior.* (p. 237) legitur de Thoma: « Magiſtrum Thomam, monachum « S. Albani, qui poſtea fuit prior « de Wimundham. » Pacem a ſoldano oblatam accipiendam eſſe, confirmarunt Iohannes rex, Teutonici & nonnulli prælati (*Eracles*, 342; Oliver., 1413, 1424), negarunt legatus, patriarcha cum plurimis prælatis, Templarij, Hoſpitalarij & omnes Italiæ crucesignati (Oliv., 1413). Idem narrat (p. 1423) comitem noſtrum cum omnibus Francigenis legato fruſtra perſuadere tentaviſſe, ne progrederetur ducem vero Bavariæ & epiſcopum Pataviensem legato aſſenſum fuiſſe (Oliv., 1427, 1434).

3 De eo copioſe agit Hauréau in *Not. & extr. des man.*, XXVII *B*, pp. 1-87 (de carmine noſtro, p. 70-74).

4 Florent. Wigorn., infra 64 ; *Annal. Waverl.*, infra 63.

5 *Annal. de Dunſtabl.*, 64: Brion de Inſula.

6 Turrim ligneam fuiſſe tradunt *Geſta obſid.*, 74, 119 ; *Liber duellij*, 144.

& christianos ipso festo Nativitatis S. Mariæ[1] *Nili inundatione circumfusos fuisse, apparet; cætera levissima sunt.*

§ 45. *In* Annalibus Cambriæ *primo* ALBERICI *relatio repetitur; quæ sequuntur nihil valent.*

§ 46. *Graviora continentur in* Annalibus de Wawerleya. *Auctor enim inter crucesignatos indicat Ranulphum, comitem Cestriæ*[2], *Wilhelmum comitem de Ferrariis sive de Derbyaco*[3] *(qui vero non anno MCCXVII, sed sequenti anno profecti sunt), Rober-*

1 Sine dubio commiscet molem Frisonum cum arce maritima; diem, qua Damiata reddebatur, pro die inundationis statuit.

2 De eo conferas *Gesta crucig.*, 51, 54; Rog., *Contin.*, infra 51; *Annal. de Burton* & *Annal. Theokesb.*, infra 61; *Annal. Dunst.*, 64-65; Thomas de Burton, 72; Albericus, 93 (*Eracles*, 342, & Oliv., 1406, narrant, eum fine septembr. MCCXIII, sed medio octob. Ioh. de Tulb., 122; *Liber duellij*, 146, Damiatam appulsum fuisse); Rymer, *Fœdera*, I *A*, p. 146, *Rotul. claus.*, 1220, I, 431 *b*. Ranulfus anno MCCXV cum rege Iohanne crucem assumpserat (*Chron. Savig.* [*Rec. des hist. de France*, XVIII, 352]) & « longam moram & nimis « utilem fecit apud Damietam » (Oliv., 1406). In pugna xxix. die augusti MCCXIX commissa fortem se præbuit (Oliv., 1412; *Fragm. provinc.*, 186, 188); templariis d. marcas argenti donavit « ad mu« rorum & turrium fundamentum » (Oliv., 1411). Cum comite de Arundel pro pace Soldani accipienda frustra consensus est (Oliv., 1413). Ceterum conferas de eo Dugdale, *The barronage of England*, I, 41-44, & *Chron. Dieulacres*, infra p. 335, quod ex Dugdale, *Monastic.*, V, 627, iam verterat Hemmingway, *History of the city of Chester*, Chester, 1831, I, p. 93-95 not. Alias memoratur Iohannes de Cestria (de Lascy), constabularius (Rog., infra 51; *Annal. Dunstabl.*, infra 64-65; *Fragm. provinc.*, 199); marescalcus Ranulphi obiit xxix. die augusti MCCXIX (*Fragm. provinc.*, 190).

3 Rog. de Hov., *Cont.*, infra p. 51; *Annal. de Burton*, 60; *Annal. Dunst.*, 64 (in *Eracles*, 343, falso nomen eius explicatur *Pfirt*). Epistolam, quam febr. MCCXIX e castris Damiatinis scripsit, ex Shirley, *Roy. and other letters*, I, 24-25, in alio volumine edemus. Præter eum vocatur crucesignatus in aliis chronicis Wilh. de Longuespee, comes de Salisbury (*Eracles*, 343; *Epist. princip.*, in Martène, *Ampl. coll.*, V, 1479), qui anno MCCXVIII (Shirley, I, n. 15, p. 19-20) & initio anni MCCXIX (iij. die martij Londini; cf. Teulet, *Layettes*, I, p. 497, nº 1388) domi erat, sed autumno eiusdem anni Damiatam appulsus (Shirley, I, p. 60 not.; cf. p. 116, n. 135; *Gesta crucig.*, 51); & paulo post reversus est (Shirley, n. 196, p. 220). Denique vocatur Oliverius, filius Iohannis, regis Angliæ (Oliv. 1406; cf. Rymer, *Fœd.*, I *A*, 124).

tum filium Walteri [1], *comitem de Wintonia, Saërum de Quinci* [2], *Wilhelmum de Harecurt* [3], *Wilhelmum comitem de Arundel* [4]. *Solus noster locum, ubi hic mortuus est* [5], *vocat. Ceterum verba:* « Et sine effusione — miraculose capta est » *conveniunt cum* Epistola principum [6].

§ 47. Chronico Petroburgensi *maxime repetuntur, quæ in* Continuatione ROGERII DE HOVEDENE *legimus* [7]*; cætera levissima sunt.*

§ 48. FLORENTIUS WIGORNENSIS *solus refert, xl. millia Saracenorum* [8] *in urbe Damiatæ obiisse & christianos ibi tantum l. sanos reperisse.*

1 *Eracles*, 343, narrat eum sept. mense MCCXIX Damiatam venisse.

2 Radulph. Coggesh., infra 333; Ioh. Capgrave, 73. Peregrinatio ac mors eiusdem memoratur in *Rot. clauf.*, 1220, I, p. 432 *b*, 441 *a*.

3 Crucesignatus vocatur in *Rot. Clauf.*, 1220, I, p. 438 *a*. Iohannes de Harecurt ante Damiatam, donatione pro Templariis facta, mortuus est (*Rot. clauf.*, 1219, I, p. 402 *b*; cf. *Rot. Normann.*, 1219, iv. die novembr.).

4 Cf. *Eracles*, 343, & supra p. xxij. Tirney, *History of Arundel*, London, 1834, I, 194, peregrinationis nostri comitis ne verbo quidem mentionem facit.

5 « In oppido Kainel »; num Caino apud Brixiam an Canelli prope Astensem urbem intelligendum sit, non liquet. Mortuorum carnem & ossa medio ævo sæpenumero divisa ac variis locis sepulta fuisse ex aliis quoque fontibus apparet, quos citat Riezler in *Forsch. z. d. Gesch.*, 1870, I, p. 72-73; Tillemont, *Vie de s. Louis*, V, 174, 201 (cf. Guil. de Nang. in *Rec. des hist. de France*, XX, 468); Salimbene, 257; alia exempla ex Iassei, *De arte medica* sæculi XII, Berolin., 1853 (diss. inaug.), p. 30-31, hoc loco congeramus liceat: Anon. Weingart., ed. Hess, 46; *Chron. de Mailros* (ed. Fell), 170; *Chron. Siloënf.*, 1167; Henric. Berchtolg., *Histor. calam. Salzburg. eccl.*, 212-213, quibus addimus: *Annal. s. Rudp. Salisb.* (*Mon. Germ.*, *SS.*, IX, 784), *Lib. fund.. mon. Zwetl.* in *Font. rer. Aust.*, II divis., vol. III, p. 97; Schreiber, *Otto d. Erlauchte*, p. 172; ceterum conferas A. Schultz, *Das höfische Leben*, pp. 266-267.

6 Martène, *Ampl. coll.*, V, 1479.

7 Errore typographico quattuor lineæ exordientes maioribus quam opus fuit typis impressæ sunt, quamquam idem textus iis continetur ac Rogerij *Continuatione.*

8 In urbe Damiatæ fuisse dicuntur: lxxxiv. m. (*Lib. duellij*, 165), lxxx. m. (Oliver., 1418; Ioh. de Tulbia, 137), quorum xl. m. bellatores, xv. m. (Iacob. Vitr., *Ep.*, IV, 303, xxxv. m.) parvuli, mulieres, discrepiti, lvij. m. (*Ep. princip.* in Martène, *Ampl. coll.*, V, 1479), xlv. m. (*Fragm. provinc.*, 172, *Epist.*, Ægid. in Martène, *Thes. anecd.*, I, 875; Iacob. Vitriac., *Ep.*, IV, 306), plusquam xl. m.

§ 49. Annalibus de Dunſtaplia *graviſſima debemus. Primum enim auctor narrat, apud Damiatam Thomam de Noyun, Alexandrum de Curcun, magiſtros, & Radulfum de Bondebury mortuos fuiſſe* [1], *tum præter alios vocat cruceſignatos Balduinum de Webr, Galfridum de Luſchi, Odonellum, filium comitis de Arundel. Quæ de mortuis ſepeliendis* [2], *de libro prophetiæ a Pelagio reperto* [3], *de auxiliis a Friderico imperatore coronato Damiatam miſſis* [4], *de tributo Ieroſolymitano* [5], *de*

(Iacob Vitr., l. c., 303), xxiv. m. (A. Aug., infra p. 128), xx. m. (Makrizi in Reinaud, *Extr.*, 406); ceterum conferas *Quinti belli ſacri ſcript.*, I, præf., xxx. Horum ſupererant pluſquam x. m. (*Geſta obſ.*, 113; Ioh. de Tulbia, 137), v. m. (*Lib. duellij*, 165), iv. m. (*Fragm. provinc.*, 199), iij. m. (Oliver., 1418; Iacob. de Vitriaco, *Epiſt.*, IV, 303; *Epiſt. princip.* in Martène, *Ampl. coll.*, V, 1479; *Epiſt. Hermanni* (in *Chron. de Mailros*, 136). *Sani* reperti ſunt: iij. m. (Ioh. de Tulbia, 137), ccc. (*Fragm. provinc.*, 199), c. (Iacob. de Vitriaco, *Epiſt*, IV, 303; *Chron. Placent.*, infra p. 243).

1 In additamentis epiſtolæ Iacobi Vitriacenſis (Martène, *Theſaur.*, III, 289-294), præter alios mortui vocantur: Thomas magiſter Noviomenſis, magiſter Alexander, nepos magiſtri Roberti cardinalis, magiſter Radulfus de Tornaco (St-Genois in *Nouv. mém. de l'Acad. de Bruxelles*, XXIII, p. 15; cf. Matzner, 17); hos eoſdem eſſe qui in *Annalibus* noſtris citantur, apparet. Alius magiſter Thomas anno MCCXVIII apud Caſtrum peregrinorum obiit (Oliver., 1400), alius Radulfus Tornacenſis anno MCCXXIX epiſcopatum Acconenſem adeptus eſt (Albericus in *Mon. Germ.*, *SS.*, XXIII, p. 923).

2 Inſepulti fuiſſe dicuntur mille (*Lib. duellij*, 165); pro tribus ſepeliendis ſolvebantur ſinguli byzantini (Ioh. de Tulbia, 137).

3 *Quinti belli ſacri ſcriptor.*, I, p. xlij-xlvij.

4 De Friderici II voto crucis in alio volumine copioſius diſputabimus.

5 Quæ auctor noſter de ſubſidiis regi Iohanni Hieroſolymitano promiſſis nuntiat, accuratiſſime expoſita ſunt in *Rot. clauſ.*, 1222, iun. xxv., I, 516*b*, 1223, nov. xxiv., I, 567-567*b* & in *Annal. Waverl.*, 297. Iohannes enim anno MCCXXI Guilelmum & Ægidium legatos in Angliam miſerat (*Rot. clauſ.*, 1221, I, 485*b*) & poſtquam rex Iohannes iam anno MCCXV pecuniam in ſubſidium Terræ Sanctæ deputaverat (*Rot. pat.*, I, 145*b*), rex Henricus III, cruceſignatus, ab Honorio in protectionem ſ. Petri ſuſceptus (Potthaſt, n. 5419, 5426-5428, 5528, 5537, 6079, 6367, 6368, 6454), utque iter Hieroſolymitanum aggrederetur, ſæpe admonitus fuerat (Potthaſt, n. 5427, 25616), anno MCCXVI theſauros ſuos exhauſtos eſſe confeſſus (*Rot. pat.*, I, 200*a*) vicario Norfolkiæ & Suffolkiæ mandavit: « Quod non diſtringant homines I. Elienſis epiſ

excommunicatione comitis Wilhelmi de Albemarlia [1] *de Petro episcopo Wintoniensi* [2] *& de Falkesio de Breaute* [3] *narrat, aliunde*

« copi ad subsidium faciendum regi « Ierosolimitano » (*Rot. claus.*, 1221, I, 518 *b*) eique anno MCCXXIII obviam ire iussit Henricus Alanum de Basset & Emericum de Sacy (*Rot. claus.*, I, 559 *a*); de itinerario regis Iohannis videas Röhricht, *Beitr.*, I, p. 61, not. 70. In autumno anni MCCXXIII Iohannes rex ipse venit in Angliam cum milite Iohanne de Forestaro (*Rot. claus.*, 1223, p. 574 *a*); Philippus de Albineio, qui « ad expensas regis Ierosolimi« tani adquietandas xxx. libras » acceperat (*Rot. claus.*, 1223, I, 562 *b*) & vicarius Cantiæ qui postea xxxiv. marcas « pro expensis regis Hiero« solimitani transeuntis » obtinuit (*Rot. claus.*, 1224, I, 584), eum recipere iussi sunt. Quum Iohannes abiisset, Henricus rex magistrum Henricum cancellarium Londonensem & Robertum de Nereford, postea Nicolaum de Molis in partes ultramarinas misit (*Rot. Claus.*, 1224, I, 582 *a*), collectorem pecuniæ instituit episcopum Eliensem (*Rot. claus.*, 1224, I, 593 *a*; cf. 630 *b*) ac mandavit « ne « distringantur homines magistri « Templi in Anglia ad auxilium « regi Iohanni & Terræ Sanctæ fa« ciendum » (*Rot. claus.*, 1224, I, « 594 *b*). Henricus rex ipse anno MCCXXV in Terram Sanctam profecturus vetuit, aliquam navem in partes ultramarinas vehi (*Rot. claus.*, II, 13 *b*) & iterum legatos in Terram Sanctam misit (*Ibid.*), denique eodem anno per Ansaldum de Ianua pretiosa dona ad soldanum Damasci Coradinum misit, ut captivos christianos liberaret (*Ibid.*); legatus muneribus soldani ornatus ad regem rediit (Purchas, *His pilgrimes*, II, 1271). Quis vero Emericus Parvus fuerit, cuius mentio fit nov. MCCXXIX apud Shirley, I, 56, nescimus.

1 In *Annalibus Wigornensibus*, 413 (cf. Radulf. Coggesh., *Chron. Angl.*, 188) continetur, Guilelmum de Fortibus, comitem Albemarliæ, in arce Federingham expugnata ij. equites interfecisse atque a rege, arce Biham capta, ut se dederet, coactum fuisse; tum pergit auctor: « Et rex egit eum in exilium in « terram Ierosolomitanam, ut ibi « crucifixo serviens post sex annos « in sua redeat » (MCCXXI).

2 Petrus episcopus Wintoniensis crucem acceperat xiij. calend. octob. MCCXXI (*Ann. Waverl.*, 295; *Annal. Winton.*, infra 84; cf. ibid. Matth. Westmon., 70). Radulfus Coggesh., *Chron. Angl.*, p. 190, falso eum archiepiscopum Damiatæ factum fuisse narrat. Sed anno MCCXXVI Friderico imperatori a rege Henrico commendatus (*Rot. claus.*, 1226-1227, p. 204 *a*), sequenti anno in Terram Sanctam profectus est (*Rot. claus.*, 1228, p. 189 *b*, 190 *b*; cf. Röhricht, *Beitr.*, I, 18, 39, 64, 70, 82-83). Hyde Casan, *The lives of the bishops of Winchester*, London, 1827, I, p. 161-166, brevissime de eo egit.

3 Falkesius in chartis ab anno MCCXIX-MCCXXII domi constitutus & anno MCCXXV crucesignatus vocatur (Potthast, nº 7423).

confirmantur. Ceterum exſcripſit auctor Annales de Wawerleya *&* Epiſtolam HONORII *nunc plene editam* [1], *ſed errat, quum dicat, Thanim & caſtellum Nazareth* [2] *(intelligendum eſt Saphet) anno MCCXX capta eſſe; Caſtrum peregrinorum bis obſeſſum fuit a Coradino* [3].

§ 50. BARTHOLOMÆUS DE COTTON *ſequitur* MATTHÆUM PARIS.

§ 51-51 a. *In* Chronica de Mailros *citatur textus, quidam, e quo captio urbis Damiatæ narranda eſt, neque vero in chronico ipſo reperiri poteſt. Tum ſequitur* epiſtola HERMANNI DE SALZA, *ordinis S. Mariæ Theutonicorum magiſtri, aliunde non cognita, quam in alio volumine cum ceteris epiſtolis edemus. Falſo narrat auctor Damiatam xxviij. die auguſti ſoldano redditam eſſe; quæ vero de ſtatu epiſcopatus, ſeu potius archiepiſcopatus Damiatini profert, prorſus nova ſunt ac fide digna eſſe videntur. Neque alibi invenias, Robertum legatum in caſtris Damiatinis defunctum, a cruceſignatis vere ſanctum honoratum fuiſſe. De iis quæ chriſtiani poſt urbem captam geſſerunt, auctor nullum novit fontem principem, quod ipſe fatetur.*

§ 52. NICOLAUS TRIVET *pro maxima parte* OLIVERIUM SCHOLASTICUM *ſequitur; e* RADULFI COGGESHALENSIS Chronico *(p. 333) hauſit comitem de Herford, Henricum de Boun* [4], *& Saër de Quinci in itinere Hieroſolymitano mortuos fuiſſe.*

1 A Zarnckio in *N. Archiv für ält. d. Geſchichtswerke*, II, 612-613.

2 Arx Safed (antea Tabor, Gibel & quinque alia oppida; cf. Iacob. Vitr., *Ep.*, II, 293; Oliv., 1416; *Eracles*, 339; Rein. Leodienſ., infra p. 3) deſtructa fuit anno MCCXX (Oliv., 1421).

3 Primo anno MCCXIX (Oliver., 1421), altera vice MCCXX (Oliver., 1426; Iacobi Vitriac., *Epiſt.*, V, 377); menſis octobris a noſtro ſolo memoratur. Taphnim ſive Tanim anno MCCXIX captam fuiſſe, ſatis conſtat.

4 Cf. Ioh. Capgrave infra 73. Duncumbs, *Hiſtory of Herford*, Herford, 1804, I, p. 346-347, peregrinationis noſtri comitis mentionem non facit. Hoc loco aliorum cruceſignatorum nomina, qui non in chronicis, ſed in Rotulis memorantur, enumerare liceat. Anno MCCXV rex archiepiſcopum de Caſhel cruceſignatum in protectionem ſuam ſuſcepit (*Rot. pat.*, ſept. vj., I, 154 *a*), anno MCCXVI mentio fit Henrici filij Regini de Wincheles, « cui rex « navem dederat, in qua cum rege « in Terram Sanctam proficiſcere- « tur » (*Rot. pat.*, iun. viij., I, 186 *b*). Anno MCCXIX (xij. die april.) vocantur cruceſignati: Gerardus de Furnivallo (in reditu mortuus;

§ 53. MATTHÆUS WESTMONASTERIENSIS *textum compilavit ex relationibus* MATTHÆI PARIS, Annalium de Dunftaplia & Wawerleya [1], *necnon* NICOLAI TRIVETI; *cum* Chronica de Mailros *convenit de die captionis Damiatæ*.

§ 54. WALTERUS DE HEMINGBURGH *leviffima refert*.

§ 55. Chronicon de Lanercoft *pro maxima parte fequitur* VINCENTIUM BELLOVACENSEM *; pugna, qua circiter vj. millia chriftianorum periiffe* [2] *dicuntur, intelligenda effe videtur illa quæ xxix. die augufti (MCCXIX) facta eft. Quæ auctor de f. Francifco in caftris Damiatinis conftituto breviter narrat, in aliis chronicis copiofius expofita funt.*

§ 56. Eulogium Hiftoriarum *nititur in* NICOLAI TRIVETI Chronico.

§ 57. *In* Annalibus Wigornenfibus *nihil novi continetur*.

§ 58. HENRICUS DE KNYGHTON *fequitur* WALTERUM DE HEMINGBURGH.

Rot. clauf., I, 390 *a*; cf. *Eracles*, 343), Heribertus de Montibus, cui rex xx. marcas argenti affignaverat (*Rot. clauf.*, 391 *a*), Wilhelmus de Huntingfeld (ibid., 393 *a*), Robertus le Sauvage (xix. die fept.; *Ibid.*, 397 *b*), qui in itinere obiit (*Ibid.*, 399 *b*), Emericus de Sacy fupra p. xxxj laudatus, « qui « in extremis agens in obfidione Da-« miatæ Templariis in Anglia terram « quandam affignaverat » (*Ibid.* fept. xxij., I, 401 *a*). Anno MCCXX mortui funt in terris ultramarinis: Williams de Crefek (*Rot. clauf.*, mart. v., I, 413 *a*), Eniugerus de Bohun (*Ibid.*, fept. vij., I, 429 *a*), qui anno MCCXVI crucefignatus, (*Ibid.*, maio xvij., I, 184 *a*) anno MCCXVIII licentiam acceperat « quod vendere poffit bofcum fuum » ad iter faciendum (ibid., 383 *b*). Anno MCCXXI rex Henricus Ricardo de Skakerlunto v. (*Rot. clauf.*, I, 447 *a*), Ph. archiepifcopo iv. (*Ibid.*, 449 *b*), Theoderico Theutonico e Cornubia orto xij. marcas affignaverat (ibid., 457 *b*). Anno MCCXXII W. archiepifcopus Eboracenfis vocatur peregrinus (*Ibid.*, fept. viij., 510 *a*) & Philippus de Albineio, quem Henricus rex ad regem Franciæ nuntium mifit (*Ibid.*, mart. viij., I, 413 *a*) & cxx. marcas accepiffe dicit (*Ibid.*, 511 *a*, 515 *a*), de cuius peregrinatione in alio volumine accuratius nobis difputandum erit. Eodem anno Henricus filius Com. (*Rot. clauf.*, 515 *b*) & Rollandus filius Simeonis e Lincolnia ortus (*Ibid.*, 553 *b*) in itinere Hierofolymitano obiiffe dicuntur.

1 De comitis de Arundel focio, monacho Thoma; cf. fupra p. xxiij & *Vit. abb. S. Albani* ap. Matthæum Paris (ed. 1684), p. 1053.

2 *Gefta obfidionis*, 103: plus quam v. millia; Iacob. de Vitriaco, *Ep.*, III, 300: circa ij. millia; *Epift.*, IV, 305: circa mcc.; *Hiftor. patriarch.* (Reinaud, *Extr.*), 403: m. pedites; cf. Oliverius, 1413; *Fragm. provinc.*, 190; *Eracles*, 340-341.

§ 59. THOMAS DE BURTON *excerpſit textum* WILHELMI EGMUNDANI. — *Verbis:* « Et rediens de Terra Sancta edificavit caſtra... » *addendum eſt:* « Beeſton » [1].

§ 60. THOMAS WALSINGHAM *excerpſit* NICOLAI TRIVETI Chronicon.

§ 61. IOHANNES CAPGRAVE *verboſius narrat, quæ de Herfordenſi & Saëro comitibus e* RADULFI COGGESHALENSIS Chronico *ſatis nota ſunt.*

III

TESTIMONIA E CHRONICIS IN GALLIA SCRIPTIS EXCERPTA.

§ 62. *In* Continuatione ROBERTI DE MONTE *numerum annorum MCCXIII (& ſequentium) in MCCXVII corrigendum eſſe, nemo negabit; de morte epiſcopi Lexovienſis aliis fontibus accuratius edocti ſumus* [2].

§ 63. *In* Hiſtoria regum Angliæ *brevis mentio fit pugnæ xxix. die auguſti MCCXIX factæ; cuius nuntius circa quadrageſimæ tempus in Galliam tranſlatus fuit.*

§ 64. *Graviſſima debemus* GUILELMO BRITONI. *Primum enim narrat, Robertum de Courcon, apoſtolicæ ſedis legatum, in Gallia officio prædicatoris parum caute ac provide functum fuiſſe, itaque regem & clerum curiam appellaviſſe* [3]. *Deinde*

1 Cf. Hemmingway, *Hiſtory of the city of Cheſter*, 1831, I, 93.

2 Epiſcopus de fundatione abbatiæ S. Martini de Monte Auxilij (Monday) optime meritus (Hugo, *Annal. Præmonſtr.*, II, 315) poſt menſem iulij MCCXVIII profectus fuiſſe videtur; dies mortis habentur: xxj. dies martij, xxij. dies iulij (*Gallia chriſt.*, ed. Piolin, XI, 210-211; inſtrum. p. 782) & viij. Id. decembr. (Barbier, *Nécrol. de l'abbaye de Floreffe*, Louvain, 1876, 161); ceterum conferas H. de Formeville, *Hiſt. de l'ancien évêché-comté de Liſieux*, Liſieux, 1873, II, 87-94. Præter eum crucesignatus vocatur epiſcopus Baiocenſis (Potthaſt, nº 5325; Oliver., 1397), ſed de eius peregrinatione nihil accuratius conſtat (Hermant, *Hiſt. du diocèſe de Bayeux* (Caen, 1705), p. 212-213.

3 Robertus cardinalis preſbyter S. Stephani in Cœlio monte (cf. Potthaſt, *Reg.*, I, p. 465, 678), anno MCCXIII in Galliam miſſus (Potthaſt, nos 4710-4712, 4727, 4791, 4828, 4848, 4856, 4903, 5125, 5161, 5167; cf. Manſi, *Acta concil.*,

nuntiat, Odonem Burgundiæ ducem, quominus votum crucis adimpleret [1], *morte impeditum, ſed nonnullos milites iuſſu eius in Terram Sanctam miſſos fuiſſe. Inter nobiles Galliæ in ſubſi-*

XXII, p. 965-966) concilium Bituricenſe habuit, in quo (xxviij. die iulij) comitem Ruthenenſem crucefignatum (cuius teſtamentum memorat Bréquigny, V, 121; cf. comte de Blancmeſnil, *Les ſalles des croiſades*, 488) in protectionem ſuſcepit (Par. B. Nat., Baluze, 7, fol. 330), tum Burdigalenſe (*Rot. clauſ.*, 1214, I, p. 139 *b*; Rymer, *Fœd.*, I *A*, 121-122). Notamus eius chartas: MCCXIII Meloduni (d'Arbois de Jubainville, *Hiſt. des ducs & des comtes de Champagne*, IV *A*, p. 14; V, 74, n. 827) menſe augufti, ibidem menſe octobris (V, 75, n. 853; cf. Wauters, *Table chronol.*, III, p. 394-395) & apud Nevers (Quantin, n. 152), MCCXIV, xviij. cal. febr. apud Dolum (Geſlin de Bourgogne & A. de Barthélemy, *Hiſt. des anciens évêchés de Bretagne*, Paris, 1864, IV, p. 69, nº 40), xxv. die aug. apud Engoliſmum (*Cart. inéd. de la Saintonge*, I [*Cartul. de l'abbaye de S. Etienne de Vaux*], Niort, 1871, nº 25, p. 113-114), menſe octob. apud Partenay (Teulet, *Layettes*, I, p. 406, n. 1083), menſe nov. loco ignoto (d'Arbois, V, p. 83, n. 882; cf. Wauters, III, p. 418, 425). Quamquam Innocentius III (*L.* xvj, 31, 33) & Honorius III (Rayn., *Ann.*, 1218, § 5) non ſolum eloquentiam ſed etiam probitatem eius celebraverant, neque regi neque clero placuit, ut plurimi fontes Galliæ teſtantur, quibus aſſentitur Gervaſius (Hugo, *Sacræ antiq. mon.*, I, p. 4, 7) dicens, per eum inferiores atque inutiles crucefignari & pecuniam importune exigi. Adhuc exſtat mandatum Roberti (ix. die maij MCCXVIII factum, in Pariſ. Bibl. nation. Moreau, CXXIII, fol. 140): de collecta ad ſuſtentationem inopum & pauperum crucefignatorum. Ex urbe Ianua profectus (Potthaſt, n. 5882, 5892) in caſtra chriſtianorum venit medio octobr. MCCXVIII (*Geſta obſid.*, 79; Ioh. de Tulb., 122; *Lib. duell.*, 146; Oliv., 1405), ſed ibi hieme mortuus eſt (Iacob. Vitriac., *Epiſt.*, III, p. 296); de morte eius videas infra Thom. Cantiprat., p. 119, ceterum La Porte du Theil: *Mém. ſur la vie de R. de Courçon* in *Not. & extr.*, VI, 136-222; Hurter, *Innocenz III*, t. II, p. 542, 698-700; Röhricht, *Beitr.*, I, 55-56.

1 De quo conferas *Annal. S. Benig. Divion.* (*Mon. Germ. SS.*, V, 48), *Epiſtolas* Gervaſij in Hugo, *Mon.*, I, 4, 7; Potthaſt, *Reg.*, n. 5325, 5569, 6420; Albericus, infra 93; Röhricht, *Beitr.*, II, 367. Poſt menſem iunij MCCXVIII, quo chartas ultimas ſcripſit, morbo affectus (Teulet, *Layettes*, n. 1295, 1296), obiit vj. die iulij (Plancher, *Hiſt. de Bourg.*, I, 389); eodem anno (xviij. die auguſti) duciſſa regi Galliæ homagium fecit (Teulet, n. 1305). Crucefignati e Burgundia profecti vocantur in *Bulletin de la Société hiſt. de l'Yonne*, 1853, p. 307-308, & in *Mém. hiſt. de la Franche-Comté*, IV, 357-360.

dium Terræ Sanctæ profectos vocat Petrum, Parisiensem episcopum [1], *Walterum, regis Philippi camerarium, & Herveum, comitem Nivernensem* [2]. *De pugna xxix. die aug. anno MCCXIX facta, cui circa c. millia interfuisse dicuntur, brevissime, accuratius vero de Herveo de Leone agit* [3]; *cæteris quæ ad historiam cladis pertinent nihil novi inesse, facile intelligitur. Auctor aperte errat urbes Cahiram & Taphnida commiscens (sub a. MCCXXII).*

§ 65 & 65 a. BERNARDUS ITERIUS *accuratius de Roberto de Curcon* [4] *& nonnullis Galliæ crucesignatis agit, quorum in numero præter ceteros vocantur I., episcopus, Lemovicensis* [5] *& comes Hugo de Marchia* [6].

1 Postquam mense iunij MCCXVIII testamentum fecit (*Gall. christ.*, VII, 89-91; instr., n. 117; Bréquigny, V, 92) cum Roberto de Curcon in castra christianorum venit (Iacob. Vitr., *Epist.*, III, 296; Oliv., 1405-1406; *Eracles*, 332), ubi plegium pro lxxx. libris Turonensibus constituit erga mercatorem quendam Ianuensem (Paris. Bibl. nat., ms. lat. 17803, n. 348); ceterum conferas Potthast, *Reg.*, nos 5858, 5882, 5892.

2 Domi anno MCCXVIII mense iunij chartas dedit (Quantin, *Cart. de l'Yonne*, p. 93-94, n. 208, 211, 212), testamentum fecit Ianuæ sept. eiusdem anni (Martène, *Thes. anecd.*, I, 867-869; Quantin, p. 95, n. 215) & cum legato Roberto Damiatam appulit (*Gesta*, 79; Ioh. de Tulbia, 122; *Lib. duell.*, 146), sed « imminente periculo « cum christianorum recessit scan« dalo » (Oliver., 1406), scilicet xj. die aug. MCCXIX (Ioh. de Tulb., 130; *Lib. duell.*, 158). De eo videas Rob. Abolant, infra 81, 83; Alberic., 93; *Eracles*, 337, 340; Potthast, n. 4862, 5858, 5859, 5882, 5892, 5987, 6301, 6420; Lalore, *Cartul. du diocèse de Troyes*, III, p. 156, no 15; L. de Sainte Marie, *Hist. de Nevers*, Nevers, 1810, 109-110; Challe, *Hist. du comté de Tonnerre*, Auxerre, 1875, 61. Charta qua Herveus ante Damiatam se ab Ianuensi quodam mercatore cxx. libras Turonenses mutuo accepisse confirmat (nov. MCCXIX!) exstat in Paris. Biblioth. nat., 17803, n. 128; de epistola eius spuria ad regem Galliæ data (*Epist. princip.*, 133-134; *Princip. & illustr. virorum epistolæ*, 158) in alio volumine agendum erit. Mense decembris MCCXIX domi erat (Delisle, *Catalogue des actes*, p. 429, n. 1941-1943).

3 Idem repetit D. Morice, *Hist. ecclés. de Bretagne*, 1750, I, p. 148; cf. c. 708.

4 Cuius de insolentia multa affert p. 17-20, 96 seqq.

5 Cf. supra p. xvij.

6 Qui paulo post arcem maritimam captam in castra MCCXVIII venit (Oliver., 1406); Ioh. de Tulbia, 131; *Lib. duellij*, 158, dicunt, eum xj. die augusti MCCXIX mortuum fuisse; *Eracles*, 331, falso dicit, eum post pascha appulisse & (p. 340) xxix. die augusti MCCXIX ad castra defendenda remansisse; mortuus memoratur (mense maij

§ 66. ROBERTUS ABOLANT *seu potius ipsius continuator, pro maxima parte* OLIVERII Historiam Damiatinam & IACOBI VITRIACENSIS Epistolam quartam *sequitur; de Roberto de Curcon & Herveo, comite Nivernensi, affert, quæ memoria digna sunt.*

§ 67. *Maximi pretij sunt, quæ in* Chronico Turonensi [1] *continentur, quo plurima afferuntur, quibus historia cladis christianorum & redditionis Damiatæ, ab Oliverio solo accurate conscripta* [2], *illustratur & augetur. Postquam auctor de* Libro *isto prophetico disseruit, narrat hostes pontem ac casale construxisse, inde Casale-pontem nominatum* [3], *regem Iohannem ex Syria revocatum* [4], *in exercitu christianorum lxx. millia militum*

MCCXX) in charta apud Shirley, I, n.96, p. 114; cf. p. 33, n. 26). Ceterum conferas Alberic., infra 93; Potthast, *Reg.*, n. 5882, 5892, 6006 (cf. *Rec. d. hist. de Fr.*, XIX, p. 679); *Biblioth. de l'école des chartes*, 1856, p. 539. Chartam, qua crucesignatus vocatur (anno MCCXVIII) videas in *Cartul. de l'abb. de Notre-Dame des Chatelliers*, ed. Duval, Niort, 1872, pp. 25-26, n. 20.

1 De quo conferas *Hist. litt. de France*, XXI, p. 676-679; textus noster latine versus est in Michaud, *Hist. des croisades*, ed. 3, tom. II, 497-500.

2 *Hist. Dam.*, 1427-1439.

3 Intelligenda est Mansurah (*Epist.* Petri de Monte Acuto in Rog. de Wendow; *Flor.*, IV, 73); Ernoul infra, 307; Makrizi, ed. Hamaker, 32, 109-111; Reinaud, *Extr.*, 409.

4 Iohannes rex, prima uxore Maria, marchionis Conradi filia (Rob. Altiss. in *Rec. d. hist. de France*, XVIII, p. 276), sub finem anni MCCXII mortua (Potthast, n. 4643), anno MCCXV vel initio sequentis in matrimonium duxerat Stephaniam, filiam regis Armeniæ Leonis (*Eracles*, 320; Ernoul, infra 300; Paoli, *Cod. diplom.*, I, 104, 105), qua de re gavisus abbati Gervasio litteras dedit (Hugo, *Sacræ ant. mon.*, p. 36). Post mortem Leonis, circa festum paschæ (Oliver., 1422: « vertente anno; » *Eracles*, 349; Iacob. Vitr., *Ep.*, V, p. 374), Damiata abiit & in urbem Accon venit ad festum Pentecostis (*Eracl.*, 349; chartam mense maij ibidem scriptam videas in Strehlke, *Tab.*, n. 53, pp. 43-44), unde in Armeniam secum duxit uxorem, quæ in itinere, a rege violentissime tractata (cf. Ernoul, infra 301), obiit; post quindecim dies eius puerulus quattuor annorum mortuus est (*Eracles*, 349). Itaque « spe (regni « adipiscendi) frustratus a baronibus « Armeniæ abiit » (Oliver., 1424) & venit Accon bellum contra Armeniæ principes paraturus, sed Honorius (anno MCCXX, aug. xj.) hoc vetuit (Potthast, n. 6329). Anno MCCXXI (chartam mensis martij videas apud Strehlke, *Tab.*, n. 55, p. 45, epistolam de Accon scriptam ad comitissam Blancam Campaniæ apud Teulet, *Layettes*, I, p. 516,

fuisse [1], *trecentos clericos Damiatam redituros in manus hostium incidisse* [2], *& Teutonicos tentoria nocte cremantes impedivisse, quominus christiani e discrimine suo evaderent* [3]. *Inter eos, qui pacis conditionibus assensi effecerint, ut, sedato tumultu* [4], *urbs soldano redderetur, solus noster vocat vicecomitem Haimarum de Thoarcio* [5]. *Quæ de salvo conductu narrat, quem soldanus christianis concessit, in aliis fontibus confirmantur.*

§ 68. ANONYMUS LAUDUNENSIS *refert nonnulla de Roberto de Curcon & præter alios crucesignatos vocat ducem Istriæ, comitem Guilelmum de Hollandia* [6], *Albericum archiepiscopum*

n. 1446; anno sequenti. viij. mai. ad eandem scripsit; cf. d 'Arbois de Jubainville, V, p. 178, n. 1407) Damiatam rediit « feria iv. in oc« tava Apostolorum » (vij. die iulij), ut Oliverius (1427) confirmat.

1 Makrizi, 25: cccc. millia peditum & lxx. millia equitum; *Chron. regia Colon.*, infra p. 160: cc. millia virorum; Oliver., 1428-1429; mcc. equites — cum equitaturis necessariis, magnum numerum Turcopulorum, ingentem turbam peditum, iv. millia sagittariorum cum dcxxx. navibus maioribus; *Annal. Claustroneob.*, infra 153, & Ioh. de Tulbia, 139: circa c. millia; Ph. de Albineto, *Epist.* (Rog. de Wend., IV, 76): vj millia equitum & xl. millia peditum; *Eracles*, 326: ccc. equites & ingentes copias peditum (de urbe Accon Damiatam profectos).

2 Makrizi, 34, narrat vj. naves bellicas & i. onerariam cum ij. millibus & cc. christianis & paulo post iij. alias & xj. (p. 116) in soldani manus incidisse; *Annal. Claustroneob.*, p. 155, tradunt, dcc. clericos in una navi igne græco periisse (in *Chron. reg. Colon.*, 161, legimus: « dccl. christianorum naves « cum hominibus & victualibus »); Oliverius (1434) narrat: xviij. die augusti galeas christianorum captas vel mersas fuisse.

3 Quod confirmatur ab Oliverio (1434).

4 Oliverius (1439) de discordia nihil scit: narrat enim, magistros Templi & ordinis Teutonicorum missos fuisse « ut iuxta condictum « & iurisiurandi religionem civitatem « redderent. Quod factum est absque « magna difficultate. » Cum nostro omnino convenit, quod Petrus de Monte Acuto (Rog. de Wend., *Flores*, IV, p. 79) nuntiat.

5 Anno MCCXX mense februario (Shirley, I, n. 78, p. 93; cf. n. 108, p. 126) & aprili (Delisle, *Catalogue*, n. 1967; *Layettes*, n. 1391) adhuc domi fuit & post mensem iunium eiusdem anni peregrinationem suscepisse videtur (Imbert, *Hist. de Thouars*, Niort, 1871, pp. 394 seq.); anno MCCXXIII domum reversus fuit (ibid. 91). Eundem vocat Fridericus (MCCXXVII) « comitem de « Percy » (H.-Bréh., III, 41).

6 Comes Guilelmus propter causam inter ipsum & comitem de Loos crucesignatum versantem (Potth., n. 5503, 25960, 26004; *Mon. Germ.*, *Ep.*, I, pp. 16-20, 20-21,

Remensem, *Walterum de Avenis* [1], *Iohannem regem Angliæ & Fridericum regem Alemanniæ coronatum* [2].

§ 69. *Quæ in* Auctario Mortui maris *legimus*, *levissima sunt*.

§ 70 & 70 a. *Plurima & gravissima debemus* ALBERICO. *Postquam de rebus a rege Hungariæ in Syria & a Frisonibus ante Alcassar egregie gestis verba fecit* [3], *inter crucesignatos Ottonem*, *ducem Meraniæ*, *& Georgium*, *comitem de Wide*, *designat* [4]. *Tum* IACOBI VITRIACENSIS Epistola secunda & Relatione de Agarenis [5] *excerptis*, *de Alberico*, *archiepiscopo Remensi*, &

n. 21, 23-24) a Theoderico, archiepiscopo Trevirensi, excommunicatus, sed ab Honorio « si qua (ex« communicatio) in eum post iter « peregrinationis arreptum promul« gata sit » (*Mon. Germ.*, *Ep.*, I, pp. 49-50; n. 69, 70) absolutus est & vicesimam accepit (*Ibid.*, n. 68). Confirmavit quoque Honorius absolutionem, quam Hierosolymitanus patriarcha Heriberto, abbati Werdensi, concesserat; is enim, iussu Oliverij, Guilelmum comitem absolverat, sed ipse a Theoderico cum Guilelmo excommunicatus fuerat (*Ibid.*, pp. 60-61, n. 81).

1 Crucesignatus vocatur in *Epistolis* Honorij (Potth., *Reg.*, n. 5325, 25766-67). Cum Templariis Castrum peregrinorum munivit (*Eracles*, 325; Oliv., 1399) & postquam m. byzantinos necnon stipendium pro xj. (Oliver., 1397: pro xl.) militibus reliquit, in passagio vernali MCCXVIII, reversus est (*Eracles*, 326; Oliv., 1397, 1399).

2 Röhricht, *Beitr.*, I, 4.

3 In prælio apud Alcassar facto cecidisse dicuntur xlvj millia. Hostium, quorum numerum circa c. millia (*Gesta crucig.*, 32) vel xv. millia equitum & xl. millia peditum (lxxx. millia peditum apud Ruy de Pina, p. 219) fuisse legimus (*Carmen de Salaciæ expugnatione* ap. Waitz, *Chron. reg. Colon.*, p. 351), cæsi fuisse traduntur lx. millia (*Annal. Toled.*, infra p. 211), xxx. millia (*Carm. de Salac. exp.*, 352; Ruy de Pina, 223), circa xiv. millia (*Chron. regia Colon.*, 151), præter duos reges de Jaen & Corduba (*Carm. de Saac.*, 352; *Epist. Lusit.* apud Rayn., 1217, §§ 32-35); capti fuisse dicuntur iij. millia (*Gest. crucig. Rhen.*, p. 33), vel ij. millia, quorum c. cum principe Abur baptizati fuerunt (*Epist. com. Holl.*, *Ibid.*, 1217, §§ 35-36; Ruy de Pina, 224; *Carmen Salac.*, 353).

4 Cf. *Quinti belli sacri script.*, I, p. xij; *Chron. regia Colon.*, infra pp. 148-151; *Gesta Trev.* (*Mon. Germ. SS.*, XXV), 399. Oliverio (1412) teste, G. cum Guilelmo comite Hollandiæ, in pugna die xxix. augusti MCCXIX facta, egregium se præstitit.

5 Pseudo-Iacobus, III, pp. 1125-1126; Ryccard. de S. Germano (*Mon. Germ. SS.*, XIX, pp. 335-336); Charles Hopf, *Chroniques*, 29-34; cf. Riant, *Haym. Monach.*, 63, not.; Röhricht, *Beitr.*, II, 258, not. 20. Has relationes valde inter se discrepare apparet. Verbo *Sizalis* (Ryccard.: *Calix*) neque nomen

Iohanne, episcopo Lemovicensi, in itinere mortuis agit [1]. *Quæ de inundatione Frisiæ narrat, aliis chronicis confirmantur* [2]. *Deinde inter crucesignatos reponit: Henricum, archiepiscopum Mediolanensem* [3], *Gualterum, Æduensem* [4], *Petrum, Parisiensem episcopos* [5],

Nili neque vectigalis (gualet) subest, sed vox arabica *Khalydj* (*Eracles*, 350-352: *halige*; Oliver., 1435: *caliph*), id est *canalis*.

1 Cf. supra p. xvij, not. 2.

2 Emo (in *Mon. Germ. SS.*, XXIII, p. 488); *Chron. Laudun.* (*Rec. d. hist. de France*, XVIII, p. 720); Cæsarius Heisterbac. (infra pp. 168-169); *Sæchs. Weltchronik*, ed. Weiland, 240; Ioh. Lelong, *Chron. Bert.* (*Mon. Germ. SS.*, XXV, p. 833).

3 Galvaneus Flamma, infra 265. Oliverius (1423) refert hunc, anno MCCXX post Pascha, appulsum, cum legato maxime, ut exercitus contra Cahiram progrederetus effecisse. Ughellus (*Italia sacra*, IV, 178) verba epitaphij eius in ecclesia S. Francisci adhuc exstantis memorat: « H. Septala, Mediolanensis archiepiscopus, cum egregia « Mediolanensium nobilium & militum manu Ierosolymitanam suscepit expeditionem. » Domo profectus fuisse videtur (post mensem septembr.; cf. Potthast, n. 6124) anno MCCXIX (C. de Rosmini, *Storia di Milano*, I, 236; Giulini, *Mem. di Milano*, VII, 358-359; Oltrocchi, *Archiepisc. Mediol.*, 647-649). De eo accuratissime agit Argelati, *Bibl. script. Mediol.*, Med., 1745, II *A*, pp. 1312-1316, ubi legimus (§ 1), Henricum scripsisse: « *Tractatum de expeditione Terræ Sanctæ & singulariter contra soldanum Aegypti,* » quod opus deperditum esse videtur.

4 De eius peregrinatione nihil constat (*Gallia christ.*, ed. Piolin, IV, 398-399). Præter eum vocantur peregrini: episcopus (Anselmus) Laudunensis (*Gallia christ.*, IX, 537; Oliv., 1423: *archiepiscopus* cum Henrico Mediolanensi appulsus), episcopus (Guilelmus) Andegavensis (Oliv., 1405; cf. Potthast, n. 5882, 5892; *Gallia christ.*, XIV, 573), Ranulfus, Petragoracensis (Posthast, n. 5325; cf. *Gallia christ.*, ed. Piolin, II, 1472-1473) & Goffredus, Trecorensis (Potthast, n. 5325; cf. *Gallia christ.*, XIV, 1122), de quorum peregrinatione parum seu nihil constat. Plura narrantur de archiepiscopo (Guilelmo) Burdigalensi (Potthast, n. 5325, 5882), qui cum episcopo « Girondino » (id est Gerundino [Gerona]; Raymundus de Palafollo intelligendus esse videtur [cf. *España sagr.*, XLIV, p. 9], qui in sabulo Damiatæ obiit, Oliverio, p. 1405-1406, teste) mense octobr. MCCXVIII in castra christianorum venit & ibi « utilem moram fecit » (Oliv., 1405). Citatur in *Epistola principum* (Martène, *Ampl. coll.*, V, 1479) & in urbe Accon subscribit chartam xv. die octob. MCCXXI (Paoli, *Codice*, I, p. 113, n. 107) & xviij. die eiusdem mensis codicillum a comite Ruthenensi in Accon factum (de Gaujal, *Et. hist. sur le Rouergue*, 1858, II, p. 97; Martène, *Ampl. coll.*, I, c. 1168-1172; cf. *Gallia christ.*, ed. Piolin, II, 820-822).

5 Cf. supra, p. xxxvj.

cum fratre Gualtero, regis camerario [1], *Milonem, electum Bellovacensem* [2] *cum fratre Andrea, Herveum, comitem Nivernensem, Hugonem, comitem de Marchia, Herveum de Verzone* [3], *Milonem III, comitem de Barro super Sequanam* [4] *cum filio Waltero, Iohannem de Arcies* [5], *Andream de Espis-*

1 Cf. Potthaft, n. 5858; *Eracles*, 332, 341; *Gesta crucig.*, 52; *Fragm. provinc.*, 190; Oliverius, 1413; *Epistol. Iacob. Vitr.*, II, 300. Mortuus habebatur xxvj. die octobris MCCXIX (*Cartul. eccles., Paris.*, IV, p. 174, n. 302).

2 Potthaft, n. 5819, 5920; *Epist. Remens.* (in *Rec. des hist. de Fr.*, XIX, p. 659 seq.); *Eracles*, 331, 332, 341; *Gesta crucig.*, 51; *Gest. obs.*, 102, 104; Ioh. de Tulbia, 132; *Lib. duellij*, 159; *Fragm. provinc.*, 190; Oliv., 1413, 1427, 1438; Iac. Vitr. *Ep.*, III, 300; IV, 305; V, 380; *Récits d'un ménestr.*, 112-128; Cæsar. Heisterbac., infra 172. Post mortem Philippi episcopi (iv. nov. MCCXVII; cf. *Bibl. de l'Ecole des chartes*, 1e sér., V, p. 35) electus fuerat Bellovacensis (cf. ibid., IV, t. 2, p. 560 & supra p. XIII, not. 2); chartam scripsit nov. MCCXVIII (Peigné-Delacourt, *Cartul. de l'abb. de N.-Dame d'Ourscamp.*, Amiens, 1865, n. 293, p. 184) & captivitatis suæ Babylonicæ mentionem facit MCCXXXI (*Chartes de Beauvoir*, éd. Lalore, p. 204, n. 39).

3 Oliverius (1406) eum memorat cum Iterio de Tocce apud Damiatam mortuum; Iterij mentio fit in charta comitis Nivernensis (iul. MCCXVIII) apud Quantin, *Recueil de pièces pour faire suite au cartul. de l'Yonne*, n. 211, p. 94; cf. p. 417, n. 976.

4 Frater fuit G. de Carnoto, magistri Templariorum. Potthaft, n. 5325, 5819, 5892; Ioh. de Tulbia, 131; cf. *Lib. duellij*, 158, Oliv., 1406. Chartam ante xviij. diem aug. MCCXIX scriptam videas apud Lalore, *Cartul. du diocèse de Troyes*, III, 1878, p. 184-185, n. 12; cf. p. 324; ceterum conferas Coutant, *Hist. de la ville de Bar-sur-Seine*, I, 74. P. de Croonendael, *Chron. du pays & conté de Namur*, Brux., 1878, I, 243 seq., eum commiscet cum Theobaldo, comite Barensi. Ab Honorio (anno MCCXX, xvij. die martij) cum filio suo Gualtero mortuus memoratur (Potthaft, n. 6210); d'Arbois, *L'ordre teutonique en France* (*Biblioth. de l'Ecole d. chartes*, XXXII, p. 4); Lalore, III, pp. 193-194, n. 25; pp. 195-196, n. 28.

5 Cum fratre suo Guidone de Pigi post Pascha MCCXIX Damiatam venit (*Eracl.*, 332), in pugna (xxiij. die iunij) eminuit (*Gest. obs.*, 92; Ioh. de Tulb., 128; *Lib. duell.*, 153; *Eracl.*, 337), sed xxix. die aug. captus (*Gesta crucig.*, 52; *Gest. obs.*, 103, 104; Ioh. de Tulb., 132; *Lib. duell.*, 159; *Fragm. provinc.*, 190; Oliv., 1413; Iac. Vitr. *Ep.* III, 300; IV, 305), soldani iussu cum christianis de pace componenda egit (Iac. Vitr., *Ep.* V, 380) & paulo post mortuus fuisse videtur (d'Arbois, *Op. cit.*, p. 5). Chartam, quam Iohannes

ſia [1], *& ex parte Odonis, Burgundiæ ducis defuncti, Guidonem de Tilia* [2], *Pontium de Grancejo* [3], *comitem denique Ranulfum de Ceſtria & Savaricum de Maloleone* [4]. *Deinde auctor exſcripſit* Epiſtolam ÆGIDII DE LEWES [5] *iterumque* Relationem de Agarenis [6], Epiſtolam, *quam* HONORIUS *dedit ad clerum Gallicanum* [7] *&* Epiſtolam quamdam Templariorum [8]. *Quæ ſequuntur de prophetia Agap, alio loco illuſtravimus* [9] *; cetera vero, quæ Damiatæ deditionem ſpectant, minoris pretij ſunt.*

dederat ordini Teutonicorum memorat (MCCXXII vj. dec.) vidua eius (Lalore, *Cart.*, III, p. 189-190, n. 19).

1 Cum Ioh. d'Arcies captus fuit anno MCCXIX (*Eracles*, 341), quocum appulſus fuerat (*Eracl.*, 332); de noſtro videas d'Arbois de Jubainville, V, p. 134, n. 1168; Lalore, *Cartul. du dioc. de Troyes*, III, p. 187, n. 16 (ſept. MCCXIX), ubi vocatur « Andreas de Monte Barij dominus «Eſpiſſij». Ceterum conferas *Quinti b. ſacr. ſcript.*, I, præf. xxxv; *Geſt. obſid.*, 103, 104; Ioh. de Tulb., 132; *Lib. duellij*, 159; *Fragm. provinc.*, 190; Iac. Vitr. *Ep.* III, 300, IV, 305, V, 380.

2 Guido de Tyle (Thil-Châtel, Côte-d'Or) aug. MCCXVIII (Deliſle, *Cat.*, p. 405) cum Pontio de Gr. & xij. die aprilis MCCXIX domi moratus memoratur (*Layettes*, I, 478, n. 1341).

3 P. de Gr. (Grancey-le-Château, Côte-d'Or), comes ſtabuli Burgundiæ, Damiatam veniſſe traditur (*Eracles*, 343), ſed Plancher (*Hiſt. de Bourg.*, II, 233, 267) refert eum iam anno MCCXVIII obiiſſe.

4 Savaricus, ſeneſcalcus Pictavij, ad votum crucis adimplendum a Galerano, maiore de Rupella æs alienum contraxerat (Shirley, I, p. 189, n. 164). Cruceſignatus vocatur in bullis (Potthaſt, n. 5759, 6006 [cf. *Rec. des hiſt. de Fr.*, XIX, 679], 6095, 25632) & chartis (*Les tables de Fonteneau* [*Société des antiq. de l'Oueſt*, IV, 190]; *Cartul. de l'abbaye de Talmond-Poitiers*, 1870, pp. 323-327; n. 444-448). Poſtquam in Hiſpania militavit (*Annal. Toled.*, p. 211; *Eracles*, 343), ſub finem ſeptembris MCCXIX Damiatam venit (Ogerius-Marchiſa, infra 239; Oliver., 1413; *Eracles*, 343; *Geſta crucig.*, 53; *Geſta obſid.*, 104; Ioh. de Tulbia, 133; *Lib. duellij*, 160; *Fragm. provinc.*, 194); menſe aprili MCCXXI domi fuit (*Archiv. hiſtor. de Poitou*, I, p. 91).

5 Martène, *Theſ. anecd.*, I, 874-875; ſcripſimus : *Ep. principum.* Utramque ſimillimam ac fere eandem eſſe conſtat; ſed prior epiſtola ad noſtrum textum maxime accedit: deſunt tamen verba: *eadem vero hebdomada*, uſque ad: *Moyſes ſigna fecit.*

6 Pſeudo-Iacobus, *Hiſt. or.*, 1128: falſo impreſſum eſt 828.

7 *Annal. Dunſtabl.*, infra 66-67.

8 Zarncke, *D. Preſb. Ioh.*, p. 53, § 47; 57, § 1. Epiſtola Templariorum ipſa non exſtat, ſed ille textus ſimillimus.

9 *Quinti b. ſacri ſcript.*, I, p. xlij-xlviij.

§ 71. *In* Notis S. Arnulfi Mettenſis *de hiſtoria Damiatina leviſſima continentur.*

§ 72. VINCENTIUS BELLOVACENSIS *in* Memoriali *ſuo, quanta cum alacritate Iacobus Vitriacenſis in Brabantia crucem prædicaverit, illuſtrat, ſed*

§ 73. *In* Speculo hiſtoriali *exſcripſit* PSEUDO-IACOBI *ſeu potius* OLIVERII Hiſtoriam Damiatinam & ALBERICI chronicon, *cui addidit breviſſimam relationem de clade chriſtianorum.*

§ 74. IOHANNES DE S. THEODORO Speculum VINCENTII *verbo tenus ſequitur.*

§ 75. *Graviſſima vero continentur in textu qui inſcribitur :* Récits d'un méneſtrel de Reims, *qui omnino convenit cum* Continuationibus GUILELMI TYRENSIS. *Noſter enim cum illis captionem urbis Damiatæ non legato Pelagio, ſed regi Iohanni attribuit; unde colligi licet, auctorem non clericum, ſed equitem fuiſſe, fortaſſe in familia Milonis electi verſatum, de quo accuratiſſime agit. Solus noſter viros nobiles Andricum, comitem de Pingin, dominum de Lupines, Iohannem Fuinon citat, ſolus colloquium, quod rex Iohannes cum Milone de pugna cum hoſtibus facienda habuit, communicat, & narrat Saracenum quemdam in cortice inſutum vinculis chriſtianorum elapſum, ſed iterum captum & denique interfectum fuiſſe* [1]. *Arcem Tanim commiſcet cum Babilonia urbe; cetera leviſſima ſunt.*

§ 76. STEPHANUS DE BORBONE *de duobus cruceſignatis nonnulla narrat, quæ ad hiſtoriam quinti belli ſacri quodam modo pertinent.*

§ 77. THOMAS CANTIPRATENSIS *varia mirabilia narrat, quibus illuſtratur, quomodo crucis prædicatores officio functi fuerint* [2]*; iis quæ de peregrinatione nocturna in Terram Sanctam facta narrat, ſimilia ſunt, quæ Cæſarius Heiſterbacenſis* [3] *refert.*

1 Similia referuntur in *Fragm. provinc.* (*Quinti belli ſ. ſcript.*, I, p. xxxiij).

2 De Henrico, fratre Colonienſi (p. 125), poſtea priore provinciali prædicatorum urbis Accon, conferas lib. II, c. 57, n. 29, p. 560-561; Quétif & Echard, *Script. Dom.*, I, 94; Sighart, *Alb. Magnus*, 27-29. Cum Ludovico IX in Terra Sancta verſatus & ibi mortuus fuiſſe traditur (ibid. not., pp. 118-119, in lib. II, c. 43, n. 4). « Oppidum Martis, » quod textus memorat (p. 125), commentator Thomæ explicat: Marburg in Haſſia (not. in lib. I, c. 19, n. 3, p. 20-21).

3 De religioſo Winando (*Dialog.*, X, c. 2 [tom. II, pp. 218-219]),

§ 78 & 79. RICHERUS SENONENSIS *& auctor* Continuationis Clarimarifcenfis *pauca & leviffima tradunt.*

§ 80. IOHANNES FRASQUET *excerpfit* VINCENTIUM BELLOVACENSEM [1].

§ 81. *Auctor* Chronici S. Medardi Sueffionenfis *falfo pacem in x. annos a chriftianis factam fuiffe refert.*

§ 82. GUILELMUS DE NANGIACO [2] *exfcripfit* ROBERTI ABOLANT Chronicon.

§ 83. BERNARDUS GUIDONIS [3] *fequitur* IOHANNEM FRASQUET.

§ 84. AMALRICUS AUGERIUS *breviffime* VINCENTIUM *excerpfiffe videtur; regem Britanniæ quinto bello facro non interfuiffe ceterum fatis conftat.*

§ 85. IOHANNES DE COLUMPNA [4] *fequitur* VINCENTIUM BELLOVACENSEM *&* Chronicon Turonenfe.

§ 86. *In* Chronico Rothomagenfi *nihil novi continetur; fratres Henrici & plures filios Iohannis regis* [5] *in caftris chriftianorum verfatos fuiffe nefcimus.*

§ 87. *In textu, qui infcribitur* Chronique de France, *repetitur* Relatio Remenfis; *verba* Safadin *&* Tanis *commutantur in* Salhadin *&* Accon.

§ 88. *Anonymus in* Chronique de France & des croi-

de Eberhardo milite (ibid., V, c. 37 [I, pp. 321-323]), de Gerhardo de Holenbach (ibid., p. 219; cf. VIII, c. 59 [tom. II, p. 131]). Eberhardus & Gerhardus diaboli auxilio iter fecerunt; Gerhardus de India domum tranfportatus fuit. Ceterum conferas Röhricht, *Beitr.*, II, 400; Alex. Kaufmann, *Cæf. von Heifterb.*, pp. 133-135.

1 Eadem relatio continetur in codice Parif., B. nat., lat., 6653, fol. 7 *v°*.

2 De quo Delifle in *Mém. de l'Inft.*, XXVII, 287 feq.; cf. *N. Arch. für ält. d. Gefch.*, V, 425-510.

3 De quo Delifle in *Not. & Extr.*, XXVII *B*, p. 169-457.

4 Hunc non medio fæculi XIII (*Rec. des hift. de France*, XXIII, p. 106-107), fed ufque ad MCCCXL circiter vixiffe primus Waitz (*Mon. Germ. SS.*, XXIV, 266-269) docuit. Iohannem de Columpna, unde Trithemius, *Chron. Hirfaug.* (cf. Hontheim, *Prodrom.*, 1188; Brower, *Annal.*, II, 120), & S. Antoninus haufer unt, falfo narrare archiepifcopum (Theodericum) Trevirenfem crucefignatum & anno MCCXXI ab imperatore Damiatam miffum fuiffe, expofuit Görz (*Mittelrh. Reg.*, II, p. 421, n. 1551, not. 1).

5 De Oliverio, eiufdem filio, cf. fupra p. xxviij, not. 3.

ſades *epitomen nobis præbet, e* Continuatione GUILELMI TYRENSIS *factam, quæ ſub nomine* ERNULII *vulgata eſt. Falſo pro rege Cypri in urbe Tripoli mortuo vocat regem Armeniæ.*

§ 89. Epitome bellorum ſacrorum *nihil novi offert Auctor qui fatetur ſe ſua « ex* Hiſtoria vulgari » *hauſiſſe, aperte recenſione quadam* ERNULII *uſus eſt, breviore autem quamquævis quæ adhuc ſuperſit.*

§ 90. *In* Chronico Britannico *crucesignati Hervei de Leone mentio fit, de quo* G. BRITO *plurima attulerat* [1].

§ 91-93. SEBASTIANUS MAMEROT, NICOLAUS LE HUEN, PETRUS D'ESREY *ſequuntur* ERNULII *textum; Nicolaus lapſu calami pro MCCXIX ſcripſit MCCXX.*

§ 94. Rudimenta novitiorum *pro maxima parte manarunt e* VINCENTII BELLOVACENSIS Speculo ; *cetera nihil valent. In* Mer des hiſtoires *textus gallice verſus eſt.*

IV

TESTIMONIA E CHRONICIS IN GERMANIA SCRIPTIS EXCERPTA.

§ 95. *In* Chronicæ regiæ Colonienſis continuatione ſecunda, *a Waitzio reperta ac primo edita, nonnulla nova legimus de crucis prædicatore Iohanne Xantenſi, apud Khuik concionante* [2]. *Quæ vero de pace a Safadino violata auctor affert, ceteris fontibus non confirmantur. Anno enim MCCVII ſoldanus pacem fecerat in tres annos* [3], *ſed poſtea, Iohanno rege coronato (iij. octob. MCCX), terram chriſtianorum ingreſſus, urbem Accon (non vero Hieroſolymam, quæ in ditione ſoldani erat) denuo impugnavit* [4], *quo facto, anno MCCXI Iohannes novam pacem fecit, ſed Innocentium papam (MCCXV) legati*

1 Infra, pp. 79-80.

2 Qui crucis prædicator ſæpiſſime memoratur (Röhricht, *Beitr.*, I, p. 55, not. 22; II, 257, not. 18; cf. infra Cæſar. Heiſterbacenſ., 162, 165), eodem teſte (VI, 31 not., tom. I, 382), anno MCCXXII, abbas S. Trudonis Leodienſis factus eſt; cf. Gelenius, *Vita ſ. Engelberti*, p. 198. Iohannes Xantenſis anno MCCXV (xxxj. die iulij) chartam Friderici teſtis ſubſcripſit Aquiſgrani (Böhmer-Ficker, *Reg. imp.*, n. 822).

3 *Eracles*, 309; cf. Marin. Sanut., pp. 205-206; Ibn el-Atir (*Rec. des hiſt. or. d. croiſ.*, III, p. 106).

4 *Eracles*, 312; M. San., l. c.

Iohannis de Tor precibus adiit [1]. *Solus noster Frisonibus in Lusitania morantibus cl. naves attribuit* [2], *& xxviij. diem octobris indicat* [3], *quo castellum Alcassar captum sit. Cetera levia sunt.*

§ 96. *In eiusdem* Chronicæ continuatione tertia *de itinere crucesignatorum Rhenanorum & Frisonum copiosissima & gravissima reperiuntur* [4]. *Postquam enim auctor de fabulosa Ulixibonæ historia disseruit* [5], *diligentissime narrat, quomodo crucesignati arcem Alcassar* [6] *obsesserint & ceperint, quamquam quatuor reges Saracenorum suis auxilio venissent* [7]. *Deinde excerpsit* Oliverii Historiam Damiatinam & Epistolam Hermanni, ordinis Teutonicorum magistri.

§ 97. *In* Annalibus Claustroneoburgensibus *plura nova continentur; ducem enim Austriæ xvj. dierum spatio transfre-*

1 *Eracles*, 317, 319; Ernoul, 291; Pseudo-Iacobi Vitriac. *Hist. Hieros.*, 1124. Quando & quamdiu pax cum Saracenis facta est, e fontibus occidentalibus accurate cognosci non potest.

2 *Epist. Guil. comitis* in Rayn. *Annal.*, 1217, § 35: c., sed *Contin. reg. tertia*, p. 148 clxxx. naves memorat; cf. *Quinti belli sacri script. min.*, I, xij, not. 1.

3 xxj. die octobris (*Chron. regia Colon. cont. tertia*, p. 151; cf. *Gesta crucig. Rhenan.*, 33); xviij. die eiusdem mensis (Ruy de Pina, 225); Rein. Leod., infra p. 329, sept. x. Capti fuisse dicuntur tria millia (*Gesta crucig.*, 33), duo millia & l. (*Chron. reg. Col.*, 151), duo millia (*Epist. Guil. Holl.*, 1217, §§ 34-35); cf. supra p. xxxix.

4 Cf. *Quinti belli sacri min.*, I, præf., x-xvj; *Carmen de expugnatione Salaciæ*, 349-354; *Epist. episc. Lusitan. & Guil. comitis* in Rayn., *Annal.*, 1217, §§ 32-35, 35-36; Ruy de Pina, infra, pp. 215-225, & Oliver., 1401.

5 De Achille & Ulixe, fabulosis Ulixibonæ conditoribus, videas Azevedo, *Fundaçao di Lisboa*, pp. 125-128; 163 & s.; Perreira de Castro, *Ulyssea ou Lisboa edificada*, Lisboa, 1636; Antonio de Sousa de Macedo, *Ulyssippo*, Lisboa, 1640.

6 Cuius principi christiani centum (*Gesta crucig.*, 30: mille) captivos annuatim dare cogebantur; in *Carmine Salaciæ*, 350 legimus:

« In quinis lustris hominum ter millia
« quina
« Illi ceperunt sive dedere neci. »

7 Quatuor reges (in *Ep. Lusitan. episcop.*, 1217, §§ 32-35), tres (in *Carm. Salac.*, 351), quorum duo vel unus (*Gesta crucig.*, 32; Oliv., 1401) cæsi sunt *Epistolam episcoporum Lusitanicorum* cum *Chronica Coloniensi* singulis elocutionibus arctissime convenire constat, sed iterum utraque discrepat; carminis vero *de Salaciæ captione* vestigia in neutra adsunt.

tavisse [1], *christianorum exercitus xxxv. millia inundatione, & dcc. sacerdotes & clericos igne græco periisse, nusquam reperies. Quæ auctor de canali a Soldano facto* [2], *de destructione urbis Ierusalem* 3 *& de Ulrico Pataviensi narrat* 4, *aliis fontibus confirmantur.*

§ 98 & 98 a. BURCHARDUS BIBERACENSIS *primum narrat, episcopum Halberstadensem* 5 *& Conradum de Marburg* 6 *crucis prædicatores electos fuisse, tum ubique creditum fuisse, ab Honorio Terram Sanctam liberatum iri, in auctumno MCCXVII multa miracula facta* 7, *multos Romanos crucesignatos & Teutonicos inutiles peregrinos in Apulia, voto*

1 Leopoldus sub finem augusti portu Salonæ egressus (Thom. Archidiac., infra 230), Cyprum appulit festo nativitatis s. Mariæ (Potthast, n. 5586; cf. 5622), deinde v. die maij MCCXIX, castris Damiatinis relictis, xxij. die iulij in claustrum Campi Liliorum venisse traditur (?) una cum nonnullis reliquiis a Balduino (!) acceptis (Hanthaler, *Fasti Campil.*, 1756, p. 1308; cf. Riant, *Exuv. Constant.*, II, p. 283, n. 71; I, p. CCXVII). Sub finem septembris Vindobonam rediisse videtur (v. Meiller, *Babenb. Regg.*, p. 123, n. 155).

2 Oliver., 1431, 1434; *Eracles*, 350; Ernoul, 307; Oger. Panis, infra 240; *Epist. Phil. de Albin. & Petr. de M. Acuto* in Rog. de Wend., *Flor. hist.*, IV, 76 & 78; Reinaud, *Extr.*, 414-415. Fossa ista inter Damiatam & Mansuram in occidentalem Nili ripam se infundens crucesignatis opportuna, laudatur a Nicolao, patriarcha Alexandrino (Raynaldi, *Annal.*, 1223, § 9-10).

3 Coradinus qui sub finem martij MCCXIX (Wilken, VI, p. 237, not. 77, datum ex Abû Schâmâh eruit) muros, multis occidentalibus chronicis testibus, destrui iussit, dixisse fertur: « Terram nostram non muris sed auxilio ensium & equitum protegere volumus! » (Iakût in *Zeitschr. d. D. Morgenl. Gesell.*, XVIII, p. 464; Moudjir ed-din, ed. Sauvaire, Paris, 1876, pp. 85-86.)

4 Ulricus II, qui anno MCCXV crucem assumpserat (Röhricht, *Beitr.*, I, 4), mense maij cum Ludovico, duce Bavariæ, Damiatam appulit (Rad. de Coggesh., infra p. 334; Oliv., 1427; cf. 1434) & xxx. die octobris (Schöller, *Die Bischöfe v. Passau*, 1844, p. 59: xxxj. octob. MCCXXII), anno MCCXXI (Adelzreiter, *Annal. Boic.*, ed. Leibnitz, p. 622; von Meiller, *Reg. Salzburg*, p. 228, n. 258; cf. Böhmer, *Mon. Wittelsbac.*, p. 9) in reditu obiit.

5 Potthast, n. 4727.

6 Potthast, n. 6194, 6244, 6311, 6414; 26053; *Mon. Germ.*, *Ep.*, n. 166; cf. Henke, *Konrad v. Marburg*, 1861, Kaltner, *K. v. M.*, 1882.

7 Stellam in directo sideris illius, quod astrologi vocant coronam Ariadnæ, maiore atque unquam lumine refulsisse (Burch., 379).

apostolica auctoritate dilato, remissos fuisse [1]. *Solus noster nomina militum præbet qui in primo impetu* [2], *in turrim maritimam facto, cediderunt: Henricus de Bussmannshausen & N. de Hostete, & inter alios crucesignatos memorat Sigfridum, episcopum Augustensem, & comitem de Vohburg* [3]. *De Templariis cum Saracenis in navi pugnantibus alia narrat ac ceteri fontes* [4], *ex relatione « cuiusdam eas pugnas prolixius describentis », & cum* Epistola HERMANNI MAGISTRI TEUTONICORUM » *convenit dicens, christianos quorumdam proditorum auxilio urbem cepisse. Quæ de tributo singulorum sterlingorum narrat, falsa sunt.*

§ 99 & 100. Annalibus Schirensibus & Gottwicensibus *nihil novi inest.*

§ 101. *In* Vita S. Engelberti *legimus, regem Iohannem Coloniam venisse anno MCCXXIV* [5].

§ 102. *In* Continuatione Claustroneoburgensi III *repetuntur, quæ in* Annalibus Claustroneoburgensibus (*p.* 97) *legimus.*

§ 103. *In* Chronicæ regiæ Coloniensis continuatione quarta *nova reperimus, scilicet christianorum exercitum, Damiata*

1 Cf. Ernoul, infra p. 294.

2 *Historia Patriarch.* (in Reinaud, *Extr.*), 390, nuntiat primum impetum factum fuisse cum lxx. navibus, xxiij. die iunij, secundum cum iv. navibus, iij. die iulii; tertij dies non memoratur (pp. 391-392). Primus impetus fiebat revera (*Gestis obsid.*, 75; Ioh. de Tulbia, 120, & *Lib. duellij*, 144, testibus; cf. *Gest. crucig. Rhen.*, (39-41) j. die iulij; Oliverius (1403) dicit: « circa festum s. « Iohannis Baptistæ ».

3 Siegfridus, episcopus Augustensis, initio anni MCCXIX ante Damiatam fuisse videtur (*Mon. Boic.*, XXXIII, 55), eumque comitabatur Diepoldus de Vohburg, qui vero anno MCCXX (sept.) & sequenti domi versatur.

4 *Quinti belli sacri script.*, I, p. xxj, not. 2.

5 Röhricht, *Beitr.*, I, p. 61, not. 70. Chartam quam Iohannes rex anno MCCXXIII (februario) scripsit, videas in Quantin, *Rec. de pièces pour faire suite au cartul. de l'Yonne*, 135). Engelbertus anno MCCXV crucem assumpserat, sed paulo post archiepiscopus Coloniensis factus, anno MCCXIX Hermanum, decanum Bonnensem, Romam misit, Honorium rogaturus, ut ipsum a voto absolveret; quod ille primum quidem renuit, tandem vero fecit, ea conditione, ut nonnullos milites pro se in subsidium Terræ Sanctæ mitteret, necnon vicesimam plenam solveret (J. Ficker, *Engelbert d. Heilige*, pp. 140, 250, 340-341). Quum vero Iohannes apud eum versaretur, Engelbertus dixisse fertur, se in animo habere, ut contra Saracenos Hispaniæ proficisceretur (*Ibid.*, p. 144).

egressum, cc. millia virorum habuisse, dccl. naves christianorum ab hostibus combustas, & soldanum pollicitum fuisse « se regnum « Ierusalem eis redditurum, urbem reedificaturum Damiatam, « quiete cum adiacente regione ad xx. milliaria possidendam, ne « ulterius in terram suam procederent. » Quæ omnia in falsum aucta sunt.

§ 104. CONO, præpositus Lausannensis, *nonnulla de Bertholdo episcopo nuntiat* [1].

§ 105 & 105 a. CÆSARIUS HEISTERBACENSIS *in* Dialogis *&* Homiliis [2] *plurima refert, quibus illustratur, quales crucis prædicatores fuerint* [3], *&, nonnullis locis,* Gesta crucigerorum *&* OLIVERII Historiam Damiatinam *sequutus, de visionibus* [4] *& captione urbis Damiatæ nuntiat; pauca ex ore peregrinorum ipsorum se audivisse confirmat, inter quos Frisones, Henricus de Ulmen & Henricus canonicus Coloniensis vocantur. Memoria digna sunt verba quibus ineptias crucis prædicatorum vituperat.*

§ 106. ALBERTUS STADENSIS *confirmat, multos peregrinos de urbe Massilia anno MCCXVII in Terram Sanctam profectos fuisse* [5], *inter quos Oliverium Scholasticum, tum*

1 In bulla quadam Honorij (*Mon. Germ., Ep.*, I, 90, n. 124), Bertholdus memoratur, cuius auxilio papa pecuniam Damiatam mittere desiderabat; episcopus enim Ianuæ navem conduxerat, sed priusquam iter arriperet, mortuus est (*Mém. histor. sur le diocèse de Lausanne*, ed. Schmitt, Fribourg, I, 1858, 452-461; comte de Blancmesnil, *Les falles d.crois.*, 26-27; *Gallia christ.*, XV, 354). Textus noster prostat quoque in *Fontib. rerum Bern.*, Bern, II, p. 25, n. 17, & in *Mém. & docum. de la Suisse Rom.*, VI, pp. 46-47, & XIX, pp. 190-191, n. 844.

2 De indole *Dialogorum & Homiliarum* videas, Alex. Kaufmann, *Cæsar. von Heisterbach*, Köln, 1862; Wybrands in *Bijdragen* (ed. Moll & de Hoop-Scheffer, II, Amsterd., 1872) & Unkel, in *Annalen des hist. Vereins für d. Niederrhein*, Köln, 1879, 1-68.

3 Oliverius in epistola sua ad Philippum comitem Namucensem data (*Mon. Germ., SS.*, XXIII, pp. 473-474) ipse dicit, secum abbates Cistercienses (quorum in numero abbatem Heisterbacensem), Præmonstratenses & Cluniacenses, anno MCCXIV, in Frisia crucem prædicavisse.

4 Cf. supra, p. xix. Ecclesiam, (p. 170) quam Cæsarius memorat, Worperius (p. 154), non in Wielsrup prope Franekeram, sed ad orientem Lavicæ fluminis in terra Groningensi ædificatam fuisse, dicit.

5 Cf. *De itinere Frisonum* in *Q. b. sacri script.*, p. 67.

xxx. millia christianorum, pace cum soldano facta, liberatos esse.

§ 107. Gestis Trevirorum *nihil novi inest.*

§ 108. Continuatio Admuntensis *nititur in* Annalibus Claustroneoburgensibus.

§ 109-110. Continuatione Garstensi & Chronico mundi saxonico *levissima nuntiantur.*

§ 111. *In* Annalibus Marbacensibus *inter crucesignatos numerantur Bambergensis episcopus* [1], *dux Meraniæ, Poppo de Henneberg & Ludovicus de Œttingen, comites* [2]. *Fontem memorat historiam quamdam « in armario Novi-Castri » asservatam* [3], *quæ* Oliverii Historia *vel* Liber duellij *esse videtur. Quæ de exercitu regis Persarum narrat, ex obscura & confusa historia regis David manarunt.*

§ 112. Minorita Erphordensis *de concilio Lateranensi narrat, quæ plurimis chronicis accuratius nobis nuntiantur.*

§ 113. Anonymum Austriacum *in* Chronico rhythmico *tertij & quinti belli sacri historiam commiscere apparet.*

§ 114 & 115. Annalibus Scheftlariensibus minoribus & Annalibus Spirensibus *historia quinti belli sacri levissime tangitur; alterius chronici auctorem falso pro octavo diem vicesimum quartum septembris memorare satis constat.*

§ 116. Hermannus Altahensis *crucesignatorum, Bertholdi & Alberti, comitum de Bogen, mentionem facit* [4].

§ 117. *In* Annalibus S. Rudberti Salisburgensis *dux Meraniæ lapsu calami scribitur « Navarriæ ». Solus noster narrat propositum Salisburgensem & Fridericum Berchtesgadensem iter arripuisse* [5], *comitem de Bogen turrim maritimam oppugnantem* [6]

1 Frater erat Ottonis, ducis Meraniæ, quocum anno MCCXVII in T. Sanctam profectus est (Oliver., 1397; v. Oefele, *Die Grafen von Andechs*, Innsbr., 1877, pp. 33, 179).

2 Röhricht, *Beitr.*, II, 365, 368, 371, 372.

3 *Quinti belli sacri script.*, præf., xxiv, not. 2. Petrus quondam abbas Novi Castri (Neuburg) ab Innocentio III prædicator crucis vocatus fuit (Potthast, I, n. 4727).

4 Röhricht, *Beitr.*, II, 366; dies mortis Alberti etiam memoratur in *Necrolog. Altah.* (*Mon. Boic.*, XII, 289, XIII, 279; *Arch. f. östrr. Geschichtsq.*, XXV, 353) & in *Mon. Windberg.* (*Mon. Boic.*, XIV, 102).

5 Röhricht, *Beitr.*, II, 365, 374.

6 Signiferum Leopoldi die Bartholomæi cecidisse confirmat

& Luitoldum de Plaien[1] *redeuntem obiisse; solus longitudinem catenæ Damiatinæ notat. Cetera vel ex* Oliverii Historia *manarunt, vel levissima sunt.*

§ 118. *In* Narratione de Ottonis IV morte *nonnulla reperimus, quæ ad crucis votum pertinent ab eo iv. oct., anno MCCIX, factum*[2].

§ 119-123, 124-128. *In* Annalibus *supra (p.* 187, 189-191*) impressis nihil continetur quod memoriæ dignum sit.*

§ 123. *Auctor* Chronici rhythmici Austriaci *laudes Leopoldi ducis celebrat, & quam egregie inter ceteros christianorum principes res in bello Damiatino gesserit; poëta aperte historiam tertij & quinti belli sacri commiscet* 3.

§ 123 bis. *In* Libro fundationis monasterij Zwetlensis *accuratissime refertur, quæ Hademarus de Chunringen, Hiero-*

Oliverius (1404); prima die iulij nepotem Leopoldi obiisse referunt *Gesta obsid.*, 75; Ioh. de Tulbia, 120; *Lib. duellij*, 144. Num vero comitem Bertholdum de Bogen intelligere possimus, ignoramus; Hermannus Altahensis (p. 184) diem mortis (xij. aug.) memorat, neque ullo verbo dicit, Bertholdum in oppugnatione turris obiisse.

1 Cum textu nostro verbo tenus convenit Magnus Reichersb. (*Mon. Germ.*, *SS.*, XVII, p. 527). Leutoldus IV xxviij. die aug. MCCXIX obiit (v. Meiller, *Reg. archiep. Salzburg.*, p. 224, n. 234-235; p. 534, n. 95; Filz, *Gesch. von Michaelbeuren*, I, 238-245, 259; II, 757 seqq.), sed nescimus, num *Treviso* an *Tarvis* (in Carinthia) intelligenda sit.

2 Winkelmann, *K. Otto IV von Braunschweig*, pp. 404-405; cf. 198, 206-207; Böhmer-Ficker, *Regest. imper.*, V, p. 153. Hurter, *Innocenz III*, vol. III, 634, pro Cameracensi (Iohanne) falso vocat « Camarinensem » episcopum illum, a quo Otto crucis signaculum acceperit. Non prætereunda esse videntur quæ admiraldus quidam fratri Guilelmo, in urbe Accon moranti, de Ottone dixisse fertur: « Neminem ex regibus vestris « timemus, neque ipsum impera- « torem vestrum Fridericum, sed « sicut legimus in libris nostris, im- « perator quidam cito surget Otto « nomine, qui terram hanc cum « civitate Ierusalem cultui chris- « tiano restituet. » (Cæsar. Heisterbac., *Dialog.*, lib. II, c. 15 (ed. Strange, II, pp. 187-188). Nonnullos historicos Italiæ narrare, Ottonem in castris Damiatinis versatum fuisse, infra memorabimus. Sine dubio hoc nuntio subest, ut ita dicamus, guelfica fabulæ imperialis variatio.

3 Leopoldum vero arcem Montfort (El-Korain) ordini Teutonico dedisse confirmatur charta quæ exstat apud Strehlke, *Tab. ord. Theuton.*, n. 72; ceterum conferas Röhricht, *Beitr.*, II, 372.

solymam profecturus, cum monachis colloquutus sit, quæ de sepultura sua suis mandaverit [1], *& quomodo procella precibus monachorum sedata* [2], *diem supremum obierit* [3].

§ 129. *In* Chronico Sanpetrino *Conradus de Marburg crucis prædicator vocatur* [4]; *ceterum auctor* OLIVERII Historiam Damiatinam *exscripsit.*

§ 130 & 131. MARTINUS FULDENSIS *&* DETMAR *sequuntur* VINCENTIUM BELLOVACENSEM.

§ 132. Chronicon Zwetlense *manavit ex* Annalibus Claustroneoburgensibus; *sed pro diebus XVI, lapsu calami scribitur XLII.*

§ 132 bis. *In* Chronica comitum Gelriæ & Markiæ *plurima nova afferuntur; solus noster nomina multorum principum Germaniæ enumerat, de quibus in catalogo crucesignatorum accuratius agendum erit, quem in alio volumine dabimus.*

§ 132 ter. *Quæ in* Annalibus S. Stephani Frisingensis *de quinto bello continentur, levissima sunt.*

§ 133. *In* Annalibus Mellicensibus *abbatis Hademari crucesignati mentio fit* [5].

§ 134. HERMANNUS CORNER *pro maxima parte exscripsit* VINCENTIUM BELLOVACENSEM [6], *sed numerum xxx. millium (quem præbent* Annales Stadenses*) in cccxxx. mutavisse videtur, ut nomen Sefadini in Coradini mutavit.*

§ 135. FELIX FABRI *sequitur* IOHANNEM DE COLUMPNA; *Damiatam falso Pachneumurum vocat.*

§ 136. GEORGIUS DE GUMPPENBERG *brevissime narrat de itinere crucesignatorum, de captione Damiatæ, quam Ramnat nominat, & de destructione Ierusalem; pro Coradino scribit « Ebeadim ».*

1 Cf. supra p. xxix, not. 5.

2 Cf. supra p. xxvj.

3 Hademarus II testatur chartam Leopoldi MCCXVII xxvj. die iunij (v. Meiller, *Babenb. Reg.*, p. 122, n. 151) apud Campum Liliorum (?); sed deest inter testes apud Glemonam (ibid., n. 152); filius eius H. reversus testatur anno sequenti j. die augusti (Böhmer-Ficker, n. 942). Cum anno vero, quo noster obiisse fertur, MCCXVII (xxj. die iulij) priusquam Salonem venerit, non conveniunt, quæ in *Fundat. Zwetl.* de itinere eius navali legimus (Friess, *Die Herren von Kuenring*, Wien, 1874, p. 50).

4 Cf. supra p. xlvij, not. 6.

5 Mortuus est vij. die novembr. MCCXVII (Keiblinger, *Gesch. des Benedict. Klost. Melk*, I, 309-311).

6 O. Lorenz, *Deutschlands Geschichtsquellen*, II, 169.

§ 137-141. *Quæ* H. SCHEDEL, S. BRANDT, I. WIMPHELINGIUS, I. NAUCLERUS *&* I. STAINDEL *referunt, ex fontibus supra (p.* 194-195*) laudatis manaverunt.*

§ 138 bis. *In* Gestis abbatum Bergensium *de morte Henrici abbatis nonnulla referuntur, de cuius peregrinatione alias nihil scimus.*

§ 142. IOHANNES TRITHEMIUS *pro maxima parte exscripsit* IOHANNEM DE COLUMPNA, *solus vero Iohannem comitem de Sponheim* [1] *crucesignatum vocat; nomina Hennebergensis & Œttingensis comitum fortasse ex* Annalibus Marbacensibus *desumpsit. Quæ de christianorum clade & redditione Damiatæ narrat, aperte ex* Chronicæ regiæ Coloniensis continuatione quarta *(p.* 160-161*) abbreviata sunt; quare textus ille (p.* 196*) minoribus typis imprimendus erat.*

§ 143. IOACHIM DE WATT *levissime agit de historia quinti belli sacri cui tertij historiam immiscet.*

§ 144. IOHANNES AVENTINUS *pro maxima parte sequitur* Annales Marbacenses *&* S. Rudberti Salisburgenses; *cetera parum valent. Archiepiscopum Salisburgensem quinto bello sacro non interfuisse inter omnes constat.*

§ 144 bis. TH. KANTZOW *de duce Casimiro in Terram Sanctam profecto pauca affert* [2].

§ 145. IOHANNES HEROLD, *ut supra notavimus (p.* 201*), e multis fontibus historiam compilavit. Quæ in capite VIII narrat, maxima ad* OLIVERII Historiam Damiatinam *accedunt, quamquam verba abhorrere videntur. Neque tamen aliquid novi affert; quæ ab Oliverij textu, typis maioribus impressa, maxime abhorrent, non ex aliquo fonte ignoto vel amisso manarunt, sed vel male intellecta aut coniuncta, vel ficta, vel rhetorico stilo amplificata sunt.*

§ 146. HEINECCIUS *sequitur* Chron. reg. Coloniensem & BURCHARDUM BIBERACENSEM.

1 Trithemius (*Chron. Sponh.*, 266) præter comitem Iohannem crucesignatum vocat abbatem Iohannem de Sponheim, qui anno MCCXVII profecturus, vices suas priori Riginfried tradidit gerendas (G. Lehmann, *Gesch. der Graffch. Sponheim*, I, 23; cf. Görz, *Mittelrh. Reg.*, II, p. 365, n. 1329); anno MCCXVIII (xxv. die martij) cum multis reliquiis domum redierunt (*Chron. Sponh.*, 266; Lehmann, l. c.; cf. Görz, n. 1364).

2 Cf. *Pommer. Urkundenb.*, II, p. 148.

V

TESTIMONIA E CHRONICIS IN HISPANIA SCRIPTIS EXCERPTA.

§ 147. *In* Annalibus Toletanis *perpaucis verbis mentio fit captionis castelli Alcassar* [1]; *pugna, qua quattuor reges ab obsidentibus fugati sunt, xxv. die septembris* [2] *facta fuisse memoratur; cetera ad quintum bellum sacrum non pertinent* [3].

§ 148-155. *Quæ in* Chronicis *supra (p. 212-214) excerptis narrantur levissima sunt.*

§ 156. Ruy de Pina *pro maxima parte convenit cum historia captionis Alcassar, quam præbent* Chronicæ regiæ Coloniensis continuatio tertia *&* Carmen de oppugnatione Salaciæ; *attamen nonnulla nova addit. Primum enim Suerium, episcopum Ulixibonensem, falso Matthæum vocat* [4], *& sermonem ab eo ad crucesignatos factum, sed fictum, nobis communicat; deinde præter Templi magistrum Petrum & ordinis de Palmela commendatorem* [5], *priorem Hospitalariorum memorat. Saracenorum quattuor reges* [6], *nuntiat auctor, ut arcem obsidione liberarent, progressi sunt & apud Sytimum* [7] *castrametati,*

1 Nomen « *Casrbodenex* » mutatum est e *Kasr-Abû-Danes* (*Quinti belli s. script.*, I, præf. xiij, not. 1). *Cancies* intelligendum est *Cáceres*.

2 Eundem diem vocat Mariana, p. 215; xj. diem septembris præbent *Gesta crucig. Rhen.*, 32, *Chron. reg. Colon. cont. tertia*, 150, & Ruy de Pina, 223.

3 De expeditione, quam mense novemb. MCCXVIII Savaricus de Maloleone contra Caceres fecit, soli nostri *Annales* accuratius referunt; ceterum conferas Schirrmacher, *Gesch. Castil.*, 1881, p. 347.

4 Matthæum (cf. Mariana, 214) non tum fuisse episcopum Ulixibonensem diligentissime confirmatur in Brandão, *Monarch. Lusit.*, Lisboa, 1632, IV, pp. 89-90. Casa santa (p. 216) est Setubal.

5 Martinus Pelaez Barragan, de quo videas Brandão, IV, pp. 93-94; *Historia de las ordin. de Caballiera*, ed. José Gil Dorregaray, Madrid, 1864, I, pp. 128-129. In *Chron. regia Colon.* (supra 149) quoque memoratur & (p. 150) Petrus, magister Templariorum.

6 Reges eodem ordine, quo in *Chron. reg. Col.* (p. 150) enumerantur, noster memorat. Dux Maurorum vocatur El-Mustansir (Roudh el-Kartas, *Hist. des souverains du Maghreb*, ed. Beaumier, Paris, 1860, p. 345).

7 Nescimus quod nomen nos-

quare Portugalenses, quorum in exercitu vix ccc. equites[1] *erant, iam de reditu cogitabant. Saraceni vero, Portugalensium nave cum cc. hominibus capta, classem peregrinorum frustra capere conati, quinque cursoribus præcedentibus ingenti cum clamore & tubarum sonitu accesserunt, sed christianis xxxvj. naves, duce Henrico de Nehusa*[2], *& xx. millia*[3] *Portugalensium succurrerunt. Nonnulli, pergit auctor, confirmarunt, christianos primo congressu fugatos iam in eo convenisse, ut recederent, sed episcopum Ulixibonensem sermone & Dei imploratione animos erexisse ac subito in aëre militem visum fuisse, sole clariorem, cuius in pectore stellæ crucis rubræ ad instar fulgerent*[4]. *Sequenti die episcopus Suerus animos sermone excitavit, & christiani splendidam victoriam reportaverunt; nam duo reges & xxx. millia hostium ceciderunt. Qua de causa Saraceni, qui navibus arci subventuri erant, sese receperunt*[5]. *Christiani vero, quum arcem iterum cinctam nullo modo capere potuissent, consilio ducis classis exstruxerunt turrim ligneam, turribus arcis altiorem*[6], *& obsessos ita urserunt, ut de deditione agerent;*

tris temporibus habeat. In *Roudh el-Kartas*, pp. 345-346, de pugna legimus : « Hæc fuit una ex « maximis cladibus, quam Muslimi unquam passi fuerunt. » — « Muslimi priusquam cum hostibus manus consererent, cladis « apud El-Oukab (Navas de Tolosa) acceptæ recordati in fugam « se verterunt. Hostes vero canibus « furibundis non impares & invicti « eos acriter persequuti ensibus « strictis usque ad unum omnes « trucidarunt. »

1 Vix c. equites (*Carmen Salac.*, 352); xxxiv. equi & roncini (Rein. Leod., infra 329).

2 Id est Henricus de Nussia (Neuss) ; e provincia de Trageyto (p. 220), id est Traiecto, naves venisse dicuntur. Pariter nomen Guilelmi castratur (Iliquino). Emmanuele Fario i Sousa (*Epitome de las histor. portug.*, Madrid, 1628) qui nostrum Ruy de Pina excerpsit, ducem navium xxxvj. vocat (pp. 378-379) « Enrique de Vmenser. »

3 Druardus, 226, eundem numerum præbet. Rex ipse in exercitu non erat, ut Ruy de Pina recte notat, quum morbo affectus Colimbriæ remansisset (Schirrmacher, *Gesch. Castiliens*, 1881, p. 345, not. 2).

4 Tres visiones memorantur in *Epist. episcop. Lusit.* in Raynaldi *Annal.*, 1217, §§ 32-34; *Chron. reg. Colon.*, 150; cf. *Gesta crucig.*, 32-33; Cæsar. Heisterb., 171, 175; Rein. Leodiens., infra p. 329.

5 Triginta hostium naves (*Carm. Salac.*, 352); numerum non offert *Chron. reg. Colon.*, p. 151.

6 Duas turres (*Carm. Salac.*, 353). Ad machinas construendas octo naves christiani impen-

poſtulabant quidem, ut ſibi bona & vita ſalvarentur; ſed vita tantum eis conceſſa eſt. Tribus diebus poſtquam portæ arcis apertæ ſunt, princeps ipſe exiit & baptizatus eſt. Dux claſſis permaximam bonorum & captivorum partem, epiſcopus vero nullam accepit, quem ille conſolatus eſt dicens, præmia cœleſtia terreſtribus maiora ac meliora longe præferenda eſſe [1]. *Eodem anno rex & regina Portugaliæ urbis incolis reſtauratæ chartam dederunt* [2]. *Non dubitamus quin auctor noſter fontibus quibuſdam uſus fuerit, qui non ſuperſunt* [3].

§ 157-158. RODRIGUES ACENHEIRO *ſequitur* RUY DE PINA; *quæ* DUARDO NONIO LEONIS *debemus, parvi pretij ſunt.*

derant (*Mon. German.*, *Ep.*, I, p. 34, n. 44).

1 Cf. *Carmen Salac.*, 353. In *Roudh el-Kartas*, 346, falſo narratur, regem Portugaliæ omnes arcis Alcaſſar incolas interemiſſe.

2 *Mon. Portugal.*, *Leges*, I, 580-582 (aug. MCCXVIII, apud Colimbriam). Honorius III, papa (xj. ian. MCCXVIII), regem & regnum Portugaliæ necnon & omnia loca quæ de Saracenorum manibus eripuerit in ſ. Petri & ſua protectione ſuſcepit (Potthaſt, n. 5663).

3 Arx Alkaſſar do Sal, cuius nomen in *Carmine Salaciæ*, 350, falſo explicatur « caſtrum deorum » (cf. *Quinti belli ſ. ſcript.*, I, p. xiij), olim fuerat « urbs imperatoria » (*Corp. inſcript. latin.*, II, pp. 7, 692; *Eſpaña ſagr.*, XIII, 115; XIV, 241; Azevedo, *Fundaçao di Liſb.*, 213; Forbiger, *Handb. d. alt. Geogr.*, II, 30; cf. Caſiri, *Bibliot. Eſcor.*, II, 59; Al-Makkari, II, 320, 327), primum per Alfonſum I regem xxiv. die iunij expugnata (*Chron. Goth.* in *Mon. Portug. SS.*, I, 15; *Chron. breve*, ibid., 25) & primus conventus ordinis S. Iacobi facta eſt (Ruy de Pina, *Chronica d. Dom Diniz*, Liſboa, 1729, pp. 48-49). Soldanus vero Marrochij arcem & Silviam anno MCXCI cepit (*Roudh el-Kartas*, pp. 308, 388), quare milites ordinis conventum in urbem Mertolam tranſtulerunt (Brandão, XI, c. 25; Schäfer, *Geſch. von Portugal*, I, 110-111). De expugnatione ſecunda præter fontes noſtros excerptos diſſeruerunt: Brandão, IV, 88-92; Aſchbach, *Geſch. Spaniens*, 340; Schäfer, *Geſch. von Portugal*, 1836, I, 137-142; Herculano, *Hiſtoria di Portugal*, I, 193-211; ex arabicis fontibus hauſerunt Conde, *Hiſt. de la domin. de los Arab. en Eſpaña*, 1820, II, pp. 429-431; Ant. Moura, *Hiſt. dos ſoberanos mahom.*, Liſboa, 1827, p. 266.

VI

TESTIMONIA E CHRONICIS IN HUNGARIA SCRIPTIS EXCERPTA

§ 159. THOMAS SPALATENSIS *accuratissime narrat, quomodo Andreas, rex Hungariæ, cum exercitu suo Salonam*[1] *venerit, unde, navibus Venetianorum usus*[2], *in Terram Sanctam proficisceretur*[3]. *De rebus ab Andrea gestis nihil refert, sed, quod nusquam reperias, addit, regem morbo affectum, ne veneno obiret*[4], *celerrime domum rediisse*[5]. *Quæ de matrimonio inter Mariam, filiam Lascaris imperatoris, & Belam, filium regis*[6], *necnon*

1 Andreas Spalatensibus, priusquam transfretaret, terras quasdam infra muros civitatis donavit, quas Honorius papa auctoritate apostolica confirmavit (Potthast, n. 6312). Idem capitulo & clero Spalatensibus, qui, cum rex in Terræ Sanctæ subsidium per Salonam transitum faceret, & comes populusque eiusdem civitatis collectam pro exhibenda digna honorificentia ipsi regi facerent, ad eorum preces, tam hereditatum suarum quam ecclesiasticorum proventuum ratione habita, contingentem tribuerant, in collecta huiusmodi portionem indulsit, ut ex hoc nullum eorum libertati præiudicium generetur (Potthast, n. 6304).

2 Pactum, quod cum Venetianis pro navibus conducendis fecit, primus edidit, Ljubic, *Mon. Slavor. merid.*, I, 29-31; unde repetitum est in *Mon. Hungar. hist.*, 1867, I, Diplomat., XI, pp. 380-383, n. 233; cf. Fejér, *Cod. diplom.*, VII, 4, 72.

3 Honorius Andream cum duce Austriæ festo nativitatis s. Mariæ Cyprum appulisse, certior factus solemnitatem magnam Romæ celebravit (Potthast, n. 5586 seq.).

4 Post festum Epiphaniæ (Iacob. de Vitriaco, *Ep.*, I, 288) abiit, a patriarcha cum sequela sua excommunicatus (Oliver., 1399).

5 Non Aquileiam appulsus in Hungariam venit (*Eracles*, 325), sed per Tripolim, ubi rex Cypri obiit, Margatum, castellum Curdorum, Antiochiam, Iconium, Constantinopolim rediit; hoc iter in alio volumine huius operis diligentius illustrabimus.

6 Theod. Lascaris (MCCIV-MCCXXII), imperator Nicææ, vere tertiam filiam suam Mariam Belæ, primogenito filio Andreæ, uxorem promiserat (*Georg. Acropol.*, ed. Bonn., p. 12; Albericus in *Mon. Germ.*, *SS.*, XXIII, 911; cf. *Epistol. Andreæ*, apud Fejér, III, 250-254; Lebeau, *Hist. du Bas-empire*, éd. St-Martin & Brosset, XVII, 312), sed Andreas, papæ consensu, sponsalia solvit (Potthast, n. 6845).

inter Mariam, filiam Andreæ, & Iohannem Oxanem II, Bulgariæ imperatorem [1], *contrahendo nuntiat, ceteris fontibus confirmantur* [2].

§ 160. *In* Chronico Hungarorum Posoniensi [3] *nihil memoria dignum continetur; regem tres menses in Terra Sancta versatum fuisse, ceteris cum chronicis bene convenit.*

§ 161. MARCUS *in* Chronico de gestis Hungarorum *primo narrat de voto itineris Hierosolymitani* [4], *quod Andreas rex post patris Belæ obitum adimplere conatus est, tum de reliquiis ab eo domum asportatis.*

§ 162-163. *Eundem sequuntur auctor* Chronici Budensis & IOHANNES DE THWROCZ.

§ 164. ANTONIUS BONFINIUS *excerpsit* FLAVIUM BLONDUM & I. DE THWROCZ.

1 Idem constat ex Fejér, III, 250-254; cf. Hopf, *Griechenland* (in Ersch & Gruber, *Encyclopædie*, p. 248); Jirecek, *Gesch. der Bulgaren*, Prag, 1876, 248-249.

2 Andreas in epistola sua (Fejér, III, 250-254) dicit, Leonem filiam tertio eius filio, nomine Andreæ, « in uxorem dedisse totumque regnum Armeniæ cum « sua corona. » Sed Honorius iam MCCXVII, xxv. die iulij, regem Armeniæ laudaverat, quod Antiochiæ principi ut legitimo regni successori coronam dare disposuisset; cf. Potthast, n. 26005. Sed hanc filiam Isabellam, quamquam (MCCXIX) Honorius matrimonium confirmaverat (Potthast, n. 6001), neque filius Andreæ sponsam accepit, neque Iohannes, rex Ierusalem (Raynald., 1220, § 57), sed (mense iunij MCCXXII) Philippus, filius principis Antiocheni (*Eracles*, 348; Oliver., 1450; Mich. Syrus, 407-408; Vartan, 442; cf. Potthast, n. 26006). Constantius vero, princeps Armeniæ, cuius consilio & auxilio hoc matrimonium factum fuerat, Philippum cepit, eiusque uxorem dedit filio suo Hethum (*Eracles*, 348, 402; *Chron. du royaume Armén.* [*Rec. des hist. armén. d. croisad.*, I, 648]; *Poème de Hethum* [ibid., 551]; Guiragos [ibid., 428]; *Chronique rimée* [ibid., 516]; *Table chronol.* [ibid., 485]).

3 De quo videas Wattenbach, *Deutschl. Geschichtsquellen*, II, 159-160.

4 Epistolas Innocentij III & Honorij III, quæ spectant ad votum Hierosolymitanum regis Andreæ, videas in Potthast, *Reg.*, n. 4, 14, 285, 290, 1433, 1434, 2015-2017, 3820, 4669, 5440, 5471, 5802, 5842, 5852, 25502; cf. Paoli, *Cod.*, n. 44; de eius expeditione sacra, videas Fessler, *Gesch. von Ungarn*, ed. Klein, 1867, I, 314-319; Röhricht, in *Forsch. z. d. Gesch.*, XVI, 139-148.

VII

TESTIMONIA E CHRONICIS IN ITALIA SCRIPTIS EXCERPTA.

§ 165. *Auctor* Annalium Ceccanensium [1] *solus refert, quantæ copiæ crucesignatorum anno MCCXVII prope Accon confluxerint & quam multi, c. millibus fame interemptis, redire coacti fuerint, neque tamen tantus numerus fide dignus esse videtur* [2].

§ 166. GILBERTUS *fons principalis esse videtur, unde* GUILELMUS EGMUNDANUS *(§ 11), eumque sequutus* IOHANNES VITODURANUS *(§ 126), hauserunt, quorum uterque verbo tenus convenit.*

§ 167. OGERIUS PANIS & MARCHISIUS SCRIBA *gravissima nobis narrant. Primum enim de Herveo Nivernensi & Hugone Marchiensi comitibus plura nova afferunt* [3], *deinde* Epistolam primam principum *Ianuam asportatam. Tum mentio fit pugnarum, quæ ix. die octob.* [4], *viij. die nov.* [5] *anno MCCXVIII & xxix. die aug. anno sequenti factæ sunt. Solus noster narrat, Ianuenses decem* [6] *galeas Damiatam misisse, easque Alamanum, comitem Siracusanum* [7], *& cum tribus*

1 De Italiæ civibus in quinto bello sacro constitutis levissime egit Guarmani, *Gl'Italiani in T. Santa*, Bologna, 1872, p. 196-199.

2 Iacobus Vitriac. (*Ep.* I, 287) numerum non præbet, sed dicit, anno MCCXVII multo plures copias confluxisse, quam anno MCXC ad urbem Acconem obsidendam ; cf. *Epist.*, Guil. Carnot. (Rayn., *Ann.*, 1217, § 30).

3 De quibus videas supra p. xxxvj & epistolas, ab Honorio ad Ianuæ morantes directas in Potthast, n. 5858, 5882, 5892.

4 *Gesta crucig. Rhenan.*, 42 ; Ioh. de Tulbia, 121-122 ; *Lib. duellij*, 146; Oliv., 1406; *Eracles*, 333-334; Reinaud, 394.

5 Quæ nusquam memoratur.

6 Eundem numerum præbet Iohannes a Voragine, infra p. 251. Qua de causa Pelagius eis gratias egit in epistola sua, *Epistolæ principum* simili, quam Marchisa, p. 243, inseruit & nos in alio huius operis volumine edemus.

7 De quo videas (*Lib. iurium*, n. 535, p. 609-614, & *Ibid.*, n. 544, p. 625-626) privilegia, quæ anno MCCXVIII mense iulij regina Cypri Ianuensibus concessit ; Martinus da Canale, in *Arch. stor.*

galeis [1] *Savaricum de Maloleone ſequutos eſſe, quibus appulſis triduanum prœlium cum Saracenis commiſſum fuiſſe* [2]. *Denique accuratiſſime narrant, Saracenorum xxxvij. naves* [3] *chriſtianis permagnum damnum intuliſſe, eaque de cauſa Fridericum imperatorem xl. galeas, Henrico comite de Malta duce, ad hos debellandos miſiſſe* [4]; *Henricum vero Damiatam veniſſe, pace turpi iam facta. Quæ de terræ motu in Cypro, menſe maij facto, narrant, aliis fontibus confirmantur* [5].

§ 168. TOLOSANUS FAVENTINUS *ſolus Anconitanos & Maſſilienſes claſſi cruceſignatorum annumerat & memorat Iacobum comitem Romanum* [6], *ſed aperte errat dicens, arcem*

ital., VIII, 353 ſeqq.; *Cronaca Altinate*, 194-195; Winkelmann, *Geſch. des K. Friedrich II*, tom. I, 154, 165.

1 Savaricus, de quo videas ſupra p. xlij, venit cum xv. galeis, Ioh. de Tulbia, 133, & *Libro duellij*, 160, teſtibus, qui vero Ianuenſium naves non memorant.

2 Non dubitamus, quin auctor pugnam triduanam (xxv-xxvij. d. ſept.) intellexerit (*Geſta obſid.*, 106-107; Ioh. de Tulbia, 133-134; *Lib. duellij*, 160); adventus ideo Ianuenſium xviij. die ſeptembris ſtatuendus eſſe videtur.

3 Ernoul, infra p. 301, dicit: x. naves; Oliver. (1425): xxxiv.; cf. *Epiſt. P. de Monte acuto* (Rog. de Wendower, *Flor. hiſt.*, IV), 73, Iacobus Vitriac. (*Ep.* V, 375; cf. p. 379) dicit Alexandriæ, Babylone & Damaſci iij millia chriſtianorum in carcere detineri a piratis captorum.

4 Henricus iam anno MCCIX ab Innocentio, ut Terræ Sanctæ ſubveniret, admonitus (Potthaſt, n. 3674) ſub finem aug. MCCXXI venit Damiatam cum xl. galeis (Oliver., 1438; cf. *Epiſt. Petri de Monte acuto* [in Rog. de Wendow., IV, 79]). Quadraginta (in *Hiſtoria patriarch.* [Reinaud, 417]; Amari [*Bibliotheca Arabo-Sicula*, Torino, 1880, I, 518, § 1]: xlv.) galeas Damiatam miſſas fuiſſe Fridericus ipſe Honorio confirmaverat (Potthaſt, n. 6699). Henricum vero inde Friderico in odium veniſſe, veriſimile non eſſe videtur (Böhmer-Ficker, *Reg. imperij*, n. 1479, 1496 *a*, 1524).

5 Rad. Coggeſhal., *Chron. Anglic.*, 194; Oliver., 1450; Albericus in *Mon. Germ.*, *SS.*, XXIII, 912. Cæſarius Heiſterbacenſis (*Dialog. miracul.*, ed. Strange, II, p. 251 (lib. X, c. 48) nuntiat « duas urbes deſtructas fuiſſe; — « in una vero illarum dum epiſco-« pus in altari ſtaret miſſamque « celebraret, eccleſia tremefacta « cecidit & tam ipſum quam reli-« quum populum exſtinxit. »

6 Sive comitem Andriæ (Ryccard., infra 244) vel « principem « Romanum », qui memoratur in *Geſt. obſid.*, 77, 104; Ioh. de Tulbia, 121, 133; *Lib. duellij*, 145, 160; Oliv., 1405; Iacob. Vitriac., *Ep.* II, 294. In Honorij Epiſt. (*Mon. Germ.*, *Ep.*, I, 89, n. 124), Iacobus vocatur « mareſcalcus

maritimam circa calendas februarij MCCXVIII captam fuisse. Tum narrat, Iohannem regem, Saracenum gigantem utraque manu clava ferrea utentem, a fronte usque ad umbilicum divisisse [1]. *Ceterum repetit* Epistolam principum*; quæ sequuntur, parum valent.*

§ 169. *In* Chronico Placentino *reperimus initium* Gestorum obsidionis Damiatæ *(p. 73); cetera levissima sunt.*

§ 170. Ryccardus de San Germano *narrat, Frisones apud Gaëtam appulisse* [2], *& præter alios Italiæ crucesignatos. Iacobum, comitem Andriæ & viros de terra S. Benedicti Damiatam profectos fuisse. Christianos « propter penuriæ aquam » urbem Hierosolymam non obsessisse, alio fonte verbo tenus confirmatur* [3]. *Præter Henricum, comitem de Malta, classis* [4] *ammiratum vocat episcopum Cataniensem, Gualterium de Palearia. Tandem exscripsit* Epistolam principum *potius, seu ei*

« noster, » qui lxxx. marcas acceperat pro barbotto & trabucetto exstruendis. De eo videas Ricc. d'Urso, *Storia della cità di Andria*, Napoli, 1842, p. 62. Iacobo præierat (post festum S. Bartholomæi) cum ix. navibus multisque Romanis, Petrus Hannibal.

1 Huius pugnæ mentio fit apud Ioh. de Tulbia. 122; *Lib. duellij*, 147 (ad xxvj. diem octob.), apud *Eracles*, 333-334 (ad ix. diem eiusdem mensis); *Eracles* auctore rex giganteum Saracenum & signiferum soldani cecidit. In mscr. Taurin. 205, fol. 161 (Lecoy de la Marche, *Etienne de Bourbon*, 1877, p. 64, not.) legimus, Iohannem regem in Saladini (sic!) conspectu equitem saracenum usque ad sellam in duas partes divisisse. Virtutem Iohannis laudibus maximis extollit Salimbene (*Chron. Parmens.*), p. 16: « Alter Karo« lus, Pipini filius, credebatur, & « quando in bello cum clavo fer« reo percutiebat hinc inde, ita « fugiebant Saraceni a facie eius, « sicut si vidissent diabolum vel « leonem paratum ad devorandos « eos. »

2 Emo (*Quinti b. s. script.*, I, 69) memorat Gaëtanos crucesignatos. Anno MCCXX (xxiv. die augusti) Honorius magistris Hospitalis & Templi mandavit, ut Gaëtanis e carcere liberandis operam darent, « qui cum versus « Damiatam intenderent navigare, « vento impulsi contrario in portu « Alexandriæ applicuisse dicuntur « & ab inimicis nominis christiani « detineri captivi » (*Mon. Germ., Ep.*, I, 98, n. 135).

3 Iacob. Vitr., *Epist.* II, 290; christianos initio in animo habuisse, ut Hierosolymam obsiderent testantur auctores arabici (Reinaud, *Extr.*, 387).

4 Quadraginta navium; cf. Röhricht, *Beitr*, I, 9-10; Huillard-Bréholles, III, pp. 40-41;

ſimilem Epiſtolam *a Pelagio ad Ianuenſes datam*[1] *& threno redditionem Damiatæ plangit.*

§ 171. Thomas de Celano *fons principalis eſt, unde ceteri ſ. Franciſci biographæ hauſerunt*[2].

§ 171 bis & ter. Annalibus Florentinis II *&* Chronico Siculo *hiſtoria Damiatina leviſſime tangitur.*

§ 172. *Parum valet quod in* Annalibus Siculis *de eadem legimus.*

§ 173. Le Chroniche de Viterbo *fabuloſam narratiunculam præbent de fonte a Viterbienſibus mirabiliter reperto.*

§ 174. *In* Appendice ad G. Malaterræ hiſtoriam Siculam *verbo tenus repetuntur* Annales Siculi.

§ 175. Monachus Patavinus *hiſtoriam Damiatinam leviſſime tangit, & nihil novi affert.*

§ 176. S. Bonaventura Vitam ſ. Franciſci, *a* Thoma de Celano *conſcriptam, amplificat & addit, ſanctum a ſoldano petiviſſe, ut veram Ieſu-Chriſti religionem ignis ordalio probare ſibi liceret*[3].

§ 177. *In* Chronica pontificum & imperatorum Mantuana *expeditionem ſ. Ludovici contra Damiatam ſuſceptam cum hiſtoria quinti belli ſacri commutatam fuiſſe, neminem latebit.*

§ 178. Iacobus a Voragine *breviter confirmat, quod ex Ogerij & Marchiſæ annalibus cognitum habemus, Ianuenſes ſcilicet x. galeas Damiatam miſiſſe*[4].

§ 179. Ptolomæus Luccensis *abbreviat* Oliverii *&*

Petrus de Monte Acuto, *Ep.* (in Rog. de Wend., *Flores*, IV), 79; Rud. de Coggeſh., infra 334 & ſupra p. lx, not. 4.

1 *Mon. Germ., SS.*, XXIII, p. 143; in qua ſola invenias ſententiam: *Civitas..... ſpoliati.*

2 Oliverius Scholaſticus ſoldano (pp. 1439-1445) & doctoribus Ægypti (pp. 1445-1449) epiſtolas ſcripſit, quibus veram religionem chriſtianam exponeret; Innocentius III (Potthaſt, n. 619, 4268, 4719, 4720) cum ſoldanis egit de variis rebus.

3 Cf. Ernoul, infra 302-304; Raynaldi *Annal.*, 1219, § 15, not. 2; *Acta Minorum*, I, 324-325.

4 De Ianuenſibus cruceſignatis, cf. Potthaſt, n. 5309; *Eracles*, 334, 337; Oliver., 1411-1412; *Geſta obſid.*, 95-98, 104; *Fragm. provinc.*, 173. Serra, *La ſtoria della antica Liguria e di Genova*, Torino, 1834, II, pp. 27-39; Vareſe, *Storia di Genova*, 1835, 261-264; Canale, *Storia dei Genoveſi*, 1854, I, 37-41; Giuſtiniani, *Ann. di Genova*, ed. Spotorno (Genova, 1854), I, 319-323, nihil novi afferunt.

VINCENTII *relationes, quorum uterque citatur; mirum eſt, quod epiſcopi Roberti crucesignati ne verbo quidem mentionem facit* [1].

§ 180. PAOLINI PEIRI [2] *leviſſime tangit hiſtoriam Damiatinam.*

§ 180 bis & ter. *In* Geſtis Florentinorum & Chronica Cavenſi *nihil novi affertur.*

§ 181. MARINUS SANUTUS *ſenior textum compilavit e* VINCENTII BELLOVACENSIS & Eraclis hiſtoria [3]; *ſolus vero narrat, ſ. Franciſcum cladem, quam chriſtiani xxix. die auguſti MCCXIX acceperunt, prænunciaviſſe.*

§ 182. ANDREAS DEI *narrat, nongentos Senenſes, Guidone de Pelagio duce, in caſtris Damiatinis fuiſſe* [4], *ſed*

1 Qui, anno MCCXVIII, vij. die auguſti, crucesignatus, chartam ſcripſit (Giuſ. Müller, *Documenti ſulle relazioni*, Firenze, 1879, n. 59, pp. 91-92), « traiecitque in « orientem contra Turcos, ut ex- « pugnando Peluſio intereſſet, cum « triremem unam ſuis armatam « impenſis, ad peregrina illa littora « impulerit » (Ughelli, *Italia ſacra*, I, 821). Ab Oliverio (1405) & in *Epiſtola principum* (Martène, *Ampl. Coll.*, V, 1479) vocatur & in archivio Luccenſi ſervatæ ſunt duæ chartæ, quibus Robertus ante Damiatam conſtitutus, memoratur; una vero cuidam Orlandaccio q. Tedeſco Bonſonnori quaſdam ſubventiones promittit, quibus ei pro nonnullis ſervitiis in caſtris factis gratias agat (Giuſ. Müller, p. 443, not. ad n. 59). Magiſter quidam Robertus medicus & alij Luccenſes memorantur in chartis ante Damiatam ſcriptis, quas Savioli, *Annal. di Bologna*, II *B*, pp. 431-432, n. 487; p. 433, n. 488; pp. 442-443, n. 493; p. 447, n. 498; p. 448, n. 499, affert.

2 De quo videas Scheffer-Boichorſt, *Florentiner Studien*, Leipzig, 1874, pp. 222 ſeqq.

3 De Marino Sanuto primus diſſeruit Kunſtmann in *Abhandl. d. III Cl. der königl. bayr. Academie*, VII *C*, pp. 697 ſeqq., multoque diligentius Simonsfeld, *Studien zu M. S. dem älteren*, in *N. Archiv. f. ält. d. Geſchichtswerke*, VII, pp. 43-72. Hic (p. 54) tres enumerat recenſiones: 1) annis MCCCVI-MCCCIX ſcriptam, librum I continentem; 2) (pp. 54-55) annis MCCCXVIII-MCCCXXI ſcriptam, cuius liber III brevior fuerit quam in editione Bongarſiana; 3) annis MCCCXXI (ſept.)-MCCCXXII (nov.) ſcriptam, prioribus copioſiorem, adhuc apud Bongarſum ſuperſtitem.

4 Senenſes crucesignati memorantur ab Emone (*Quinti belli ſacri ſcript.*, I, 68), iiſque Honorius anno MCCXVII (Potthaſt, n. 25845) & anno MCCXX Fridericus II imperator (Böhmer-Ficker, *Regeſta Imperij*, p. 282, n. 1288) pro ſubſidio Terræ

errat, quum Urbanum II huius temporis papam appellet [1].

§ 183. PAULUS PUTEOLANUS *sive* PSEUDO-IORDANUS [2] *pro maxima parte exscripsit* MARINI SANUTI Secreta; *sententia vero:* Rex Ungarie — pugnaturum cum christianis *alibi non reperiri potest, nisi in* Epistola Oliverij, *quæ subest* Chronicæ regiæ Coloniensi [3]. *Quum vero librorum Puteolani perpauca tantum fragmenta nobis cognita fuerint, difficile nobis fuit diiudicatu, quæ ratio inter Babenbergensem & Vaticanum textus intercedat; neque Simonsfeld* omnes *Puteolani codices novit. Codex Vaticanus nobis offerre videtur textum Bongarsiano simillimum & affinem quamquam non eundem, Babenbergensis pleniorem. Non auderemus diiudicare, num prior an alter e secunda vel tertia Sanuti recensione manaverit.*

§ 184. ANDREAS DANDULUS *primo mentionem facit pacti, quod Andreas rex cum Venetianis inierat* [4], *deinde sequitur* VINCENTIUM BELLOVACENSEM [5] & THOMAM archidiaconum. *De iis, quæ Venetiani* [6] *ante Damiatam gesserunt, nihil nuntiat.*

Sanctæ epistolas scripserat. Ceterum de crucesignatis Senensibus brevissime agit Buonsignori, *Storia della republ. di Siena* (Siena, 1856), I, p. 44; chartam, quam MCCXXI die vij. cal. april. potestas Senensis « ad subsidium T. « Sanctæ » dedit, videas apud H. Bréholles, *Hist. dipl. Frider.*, vol. II *A*, pp. 143-144, not. 1.

1 E chronico nostro hauserunt Malevolta, *Historia de' fatti e guerri de Sanesi*, Venet., 1599, p. 47 *b* (ubi Nauclerus & Battisto Egnatio præterea citantur), & Tommasi, *Dell'historie di Siena*, 1625, p. 207, quem iterum exscripsit Pecci, *Storia dal vescovado della città di Siena*, Lucca, 1748, pp. 200-201. Auctorem nostrum primi belli sacri historiam immiscere, iam Muratorius animadverterat (cf. eiusdem not. 8).

2 De quo Simonsfeld, *Andreas Dandolo u. sein Geschichtswerk*, Münch., 1876, 115-120; idem in: *Forsch. zur d. Gesch.*, XV, 145-152; *Studien zu M. S.*, 58. In *Studien*, 46 & 59, Simonsfeld contendit: Paulum post annum MCCCXXXI opus confecisse; Iordani librum esse epitomen e Sanuti II recensione, factam & tertiam recensionem Pauli (cf. *Studien*, 62; *Dandolo*, 116-117).

3 *Chron. reg. Colon.*, 242, 325. E nostro fonte textus *Libri de passagiis in Terram Sanctam*, Venetiis, 1879, fol. 13, manasse videtur.

4 Cf. supra p. lvij, not. 2.

5 Simonsfeld (*Andreas Dandolo*, p. 115) confirmat, Andream Vincentij *Speculo* non directe usum fuisse, sed mediante *Paulo Puteolano*.

6 Qui sæpissime commemorantur; anno MCCXX mense augusti xiv. galeæ Damiatam appulerunt, « quæ modicam utilitatem at-

§ 184 bis. Annali di Simon della Tofa *leviſſime tangunt Hiſtoriam Damiatinam.*

§ 185. Giovanni Villani *mentionem facit Florentinorum de captione Damiatæ optime meritorum, quorum banerium in muris primum evolans in principali eccleſia S. Iohannis adhuc ſupereſſet* [1]. *Ottonem vero regem Teutoniæ quinto bello ſacro non interfuiſſe* [2], *conſtat.*

§ 186. Pseudo-Rigordano Malaspini *Villanij hiſtoriam amplificavit, ut Florentinorum quibuſdam gentibus ac familiis, quarum maxime extolluntur Bonaguiſij, laudes militares attribueret* [3]. *Hollandiæ hiſtoricos ſimilia finxiſſe, ſupra (ad* §§ 13, 25, 26, 31-34*) demonſtravimus.*

§ 187. Chronicon Eſtenſe *manavit e* Monachi Patavini *chronico.*

§ 188. Iohannes de Bazano *de Mutinenſibus in quinto bello ſacro conſtitutis* [4].

§ 189. Galvaneus Flamma *memorat cruceſignatum Henricum archiepiſcopum Mediolanenſem* [5].

« tulerunt chriſtianis » (Oliv., 1425). Ceterum de Venetianis in quinto bello facro conftitutis videas Oliv., 1411-1412, & pauca, quæ Capelletti, *Storia della repubblica di Venezia*, 1850, II, 210-212; Romanin, *Storia di Venezia*, 1854, II, 203-205, differuerunt.

1 Ammirato, *Storie Fiorent.*, Firenze, 1647, I, p. 72; Capponi, *Storia della republ. di Firenze*, 1875, pp. 25-26.

2 Idem narrat Malavolto, *Hiſtor. de' fatti e guerri de' Saneſi*, 48 *a*; cf. fupra p. lj.

3 Scheffer-Boichorft, *Florentiner Studien*, pp. 30-39, primus confirmavit, chronicon a falfario quodam inter annos MCCCLV-MCCCLXX confectum fuiffe (cf. p. 42). Chronicon, quod citatur fub nomine « *Conquiſto di Federigo* » (p. 15) aperte eft continuatio Guilelmi Tyrenfis (Ernoul, éd. Mas Latrie, 506).

4 Honorius III iam anno MCCXVIII Mutinenfes admonuerat, ut in fubfidium Terræ Sanctæ proficifcerentur (Potthaft, n. 5817; cf. Tirabofchi, *Memorie ſtoriche Modeneſi*, Modena, 1793, II, p. 40). Mutinenfes fortaffe Venetianorum navibus ufi funt, de quibus refert auctor nofter (558): « Et fuerunt tunc plenæ « aquarum ita magnæ, quod naves « venerunt ufque ad crucem La- « pidi. » Arx, quæ vocatur in textu *Gibettum*, intelligenda eft *Gibellum*, in hiftoria Mutinenfium fæpe vocata.

5 Cf. fupra p. xl. Præter eum, Italici epifcopi crucefignati fuerunt: Nicolaus Reginenfis (Oliv., 1423; Panciroli, *Storia della città di Reggio*, ed. Profpero Viani, Reggio, 1846, 165) anno MCCXXI iam reverfus (cf. Böhmer-Ficker,

§ 189 bis. Gesta Florentinorum *manaverunt ex* Annalibus Simonis della Tosa.

§ 190. Bartolomeo della Pugliola *multa de Bononiæ civibus crucesignatis nuntiat, quæ chartis nonnullis illustrantur* [1]. *Ceterum sequitur* Monachum Patavinum.

§ 191. *Eundem exscripsit auctor* Chronici Patavini.

§ 192. *In* Chronica Pisana *breviter narratur de Pisanis crucesignatis.*

n. 1266), Rolandus Faventinus (Oliv., 1423; Strocchi, *Serie cronologica storico critica de Vescovi Faentini*, Faënza, 1841, 136-137) quibuscum venerunt « nuncij re« gis Friderici deferentes litteras « cum aureis bullis & adventum « ipsius nuntiantes » (Oliv., 1423), Henricus Mantuanus (Oliver., 1405; chartas in urbe Accon ab eo scriptas in alio volumine edemus), de cuius peregrinatione nihil reperias in Angelo Maffei, *Gli Annali Mantov.*, Tortona, 1675, p. 566; Volta, *Compendio della storie di Mantova* (ibid.), 1807, I, 168-175; anno MCCXX domi versatur [Böhmer-Ficker, n. 1132, 1168, 1172, 1233, 1236, 1245, 1246]), Albertus Brictiensis (Brescia; cf. Oliver., 1423; Gradonicus, *Brixianorum pontificum series*, 1755, p. 243; cf. Sigonius, *Regn. Italiæ*, lib. XVI, II, 918), qui una cum episcopo Regiensi pactum fecit (anno MCCXIX; cf. Tiraboschi, *Mem. storiche Modenesi*, 1794, IV, *Cod. diplom.*, n. 718) cum duce Petro Ziani de navibus conducendis neque commutandus est cum Bertoldo, electo Brixiensi (Brixen; cf. Oliver., 1405, 1406), « qui brevem moram fecit »; anno MCCXVIII crucesignatus vocatur ab Honorio (v. Zahn, *Steierm. Urkundenb.*, II, p. 231, n. 155; p. 234, n. 157; p. 282, n. 227), sed iunio (Cod. Wang., n. 143) & decemb. eiusdem anni (Böhmer-Ficker, n. 919, 1075) domi versatur; sequenti anno abiisse videtur. Denique memorantur Salpensis & Umanus episcopi (Oliver., 1405), quorum ne nomina quidem reperire potuimus. Episcopum vero Guilelmum Cumanum non in peregrinatione sacra, sed in officio collectoris decimæ versatum fuisse apparet ex *Act. SS.*, octob., IX, p. 419.

1 Savioli, II *B*, p. 381, n. 447; pp. 397-398, n. 460; pp. 431-432, n. 487; p. 433, n. 488; p. 442-443, n. 493; pp. 446-447, n. 497; p. 447, n. 498; p. 448, n. 499. Ceterum conferas Leandro, *Storia di Bologna*, 1531, ΞΞ f.; Vizani, *Diece libri delle historie della sua Patria*, Bologna, 1619, pp. 95-96; Ghirardacci, *Della histor. di Bologna*, 1605, I, pp. 120-121, 132; Masini, *Bologna perlustrata*, 1666, I *A*, pp. 248-249; 511; I *C.*, p. 96; Muzzi, *Annali della città di Bologna*, 1840, I, pp. 290-291, 305-306, 312-313. Ab his permulti Bononienses crucesignati enumerantur.

§ 193. BARTHOLOMÆUS ALBICIUS *Bonaventuram omnino ſequutus ſolus narrat, ſ. Franciſcum bis ad ſoldanum iviſſe eique fratres miſiſſe, a quibus baptizaretur* [1].

§ 194. BERNARDUS MARANGONE *pro maxima parte* Iohannem de Columpna *ſequitur, ſed falſo Eliopolis nomen ab Ælio Pertinace deducit, & Iohannem regem Angliæ necnon Iohannem de Columpna legatum obſidioni Damiatæ interfuiſſe narrat. Item errat, quum pro Accon ſcribat Anconam & narret, Fridericum iam anno MCCXXI excommunicatum, & Damiatam feſto Purificationis ſ. Mariæ ſoldano redditam fuiſſe.*

§ 195. Cronica de Piſa *ex* Chronica SARDI *manaſſe videtur; ſed auctor errat nuntians, imperatorem Fridericum cum Piſanis Damiatam* [2] *appuliſſe, traditores eius a ſoldano ei denuntiatos* [3] *& ipſum, Damiata reddita, excommunicatum fuiſſe.*

§ 195 bis. GIOVANNI SERCAMBI *Roberti Luccenſis epiſcopi mentionem facit crueſignati ac breviſſime hiſtoriam quinti belli ſacri tangit.*

§ 196. LAURENTIUS DE MONACIS *exſcripſit* ANDREÆ DANDULI chronicon.

1 Quareſmio, *Elucidatio T. Sanctæ*, Antverp., 1639, I, 154-165, accuratiſſime de legenda ſ. Franciſci egit & ex Mariano cap. 4, 17 (p. 156), Pici de Mirandola, *Poëmate de ſ. Franciſco* & *Annalibus Minorum*, 1219, § 65 (p. 159), ex Hieronymi Manipeti *Carmine heroïco de ſ. Franciſco* (pp. 160-161), ex Hugolino, c. 34, ex Marci, *Annal. Minor.*, lib. I, c. 57, 58, e *Speculo ſ. Franciſci*, I, c. 74 (p. 163), omnia collegit, quæ ad eam pertinent. Quareſmio (p. 159) putat, ſ. Franciſcum ab urbe Ancona Venetias, tum Cyprum iviſſe, urbem Accon, Iaffam & Ieruſalem, Bethlehem viſitaſſe, deinde Babyloniam novam profectum, inde in urbem Ieruſalem reverſum, ac denuo Babyloniam novam ſe contuliſſe. At de hoc longo itinere optimi ſ. Franciſci biographæ tacent, ut recte expoſuit G. Voigt, *Iohannes von Giano* in *Abh. der königl. ſæchſ. Geſellſch. d. Wiſſenſch.*, 1870, pp. 476-477. Legenda ſ. Franciſci repetitur in Palomes, *Storia di ſan Franceſco d'Aſſiſi*, Palermo, 1874, I, pp. 346-349.

2 De Piſanis cruceſignatis narrant Fanucci, *Storia dei tre popoli, Veneziani, Genoveſi e Piſani*, Piſa, 1818, II, 227-231; Tronci, *Annal. Piſani* (ed. ſec.), I, 419; Giuſeppe Müller, pp. 440-443; cf. Oliv., 1411-1412; *Fragm. prov.*, 173; *Geſt. obſid.*, 93; Ioh. de Tulb., 129; *Lib. duellij*, 156-157 (ubi vocatur « conſul Piſanus »).

3 Aperte hiſtoria ſexti belli ſacri immiſcetur (Röhricht, *Beitr.*, I, pp. 74-75, not. 202).

§ 197. ANTONINUS FLORENTINUS *verbotenus ſequitur* IOHANNEM DE COLUMPNA [1].

§ 198. SOZOMENUS PISTORIENSIS Chronicon VILLANII *excerpſit*.

§ 199. FLAVIUS BLONDUS *ſe pluribus fontibus uſum eſſe, ipſe fatetur, quorum in numero primum locum obtinet* IOHANNES DE COLUMPNA, *ſeu, qui eum exſcripſit,* ANTONINUS FLORENTINUS. *Ceterum de pacto Venetianorum referens,* Chronicon DANDULI *vel* LAURENTII DE MONACIS *ſequi videtur. Cum* MARANGONE *convenit, quum Damiatam nominet Heliopolim ab Ælio Pertinace conditam & legatum apoſtolicum Iohannem de Columpna in Ægypto verſantem, ſed abhorret ab eo, quum regem Iohannem recte Hieroſolymitanum vocet & corrigat diem Purificationis ſ. Mariæ in diem Nativitatis. Solus noſter dicit Nilum Tiberi maiorem eſſe; ſolus vicecomitem de Belmonte recte vocat ſ. Suſannæ, ſolus falſo narrat, regem Andream exercitum crucesignatorum Damiatam obſidentem duxiſſe* [2].

§ 200. LAURENTIUS BONINCONTRIUS *pro maxima parte ſequitur* FLAVIUM BLONDUM*; ſed ſolus ſoldanum Saladinum vocat & dicit « ſupra centum lxxiij* [3]. *millia chriſtianorum » in caſtris fuiſſe.*

§ 201. BONINUS MOMBRITIUS *ſequitur* S. BONAVENTURAM.

§ 202. PETRUS RANZANUS Chronicon Hungarorum Poſonienſe *amplificaſſe videtur; cetera nihil valent.*

§ 203. MARCANTONIUS SABELLIUS *ſe ex pluribus chronicis hauſiſſe ipſe confirmat, quæ vero fuerint e breviore relatione cognoſci non poteſt; quæ de pacto Venetianorum cum rege Andrea facto narrat e* LAURENTIO *manaviſſe videntur.*

§ 204. MARINUS SANUTUS *iunior falſo narrat xj. die novembris anno MCCXX Damiatam captam fuiſſe; cetera nullius pretij ſunt.*

§ 205. ANDREAS NAVAGINOSO *exſcripſit Danduli chronicon.*

§ 206. ALEXANDRE SAULVAIGE *narrat Ianuenſes anno MCCXX permultas naves Saracenorum cepiſſe, quod alibi fruſtra quæras.*

1 Quod iam Schaube, *Die Quellen der Weltchronik des h. Antonius von Florenz*, Hirſchberg (progr. gymnaſij), 1880, p. 13, pluribus expoſuit.

2 Epiſtolæ ſpuriæ, quæ e chronico noſtro facta eſt, ſupra xxxvj, not. 2 mentionem fecimus.

3 Cf. ſupra xxxvij.

§ 207. Roncioni, *pro maxima parte* Iohannem de Columpna *ſequutus, ſolus narrat, a Piſanis xl. naves, Sigeri Viſconti duce, Damiatam miſſas fuiſſe, eoſque, Damiata reddita, cum ſoldano iterum pactum feciſſe* [1]; *cetera fortaſſe ex* Maragone *abbreviata ſunt.*

§ 208. *A* Chronographis Senensibus, *quæ in* Chronica Saneſe (§ 182) *legimus amplificata invenimus; quæ de Ottone rege in caſtris Damiatinis conſtituto & de armis Senenſium ab eo exornatis narrat ſimilia ſunt eis, quæ ſupra ad* § 186 *de chronicis Hollandiæ & Italiæ recentioribus notavimus.*

§ 209. Aloysius Lipomanus *primum exſcripſit* Bonaventuram, *deinde* Marinum Sanutum *ſeniorem.*

§ 210. Franciscus Turzanus *primum ſequitur* Ioh. Heroldi Hiſtoriam, *tum vero narrat expeditionem puerorum* [2] *& ſub anno MCCXXII hiſtoriam ſexti belli ſacri. Non dubitamus, quin auctor fontibus non ſuperſtitibus uſus fuerit & ea, quæ inde deſumſit, memoria digna ſint, ſed quum deſit ordo rerum chronologicus, plane ignoramus, num nomina civium Aſtenſium, ad annum MCCXII vel MCCXXII enumerata, revera ad quintum bellum pertineant* [3].

1 Piſani iam anno MCCXV per Ranuccium di Benedetto del Vernaccio cum ſoldano pactum fecerant (Amari, *I diplomi arabi d. arch.*, Fiorent, 1863, pref. lv, n. xxiij & xxiv, pp. 282, 285-287) & Makrizi (*Deſcr.*, I, 174), Amari teſte (p. lv.), confirmavit « che 612 (2 maj. 1215-19 april. 1216) trovandoſi in quella città (Aleſſandria) tremila mercatanti Franchi ed approdato un buzzo con due gran baroni, ſi ſuppoſe voleſſero impadronirſi armata mano d'Aleſſandria; onde di ſopra correa Malek Adel dal Cairo, imprigionava baroni e mercatanti, dava di piglio alla roba loro, ed a mala pena mettava in libertà le donne ch'andavano com'e'ſembre, al Santo Sepolcro. » Amari ſub numero XXV, pp. 288-289, tractatum præbet, cui neque annus neque dies ſubſcriptus eſt & dicit (p. 469) « che il xxv. foſſe ſtato ſcritto *tra* « *la reſa di Damiata e la crociata* « *di Federigo II* (o pocco innanzi « la crociata di San Luigi e dicerto « pria del 1291) ». Num forte iſte tractatus intelligendus atque idem eſt, quem textus noſter memorat?

2 Quam Iacobus de Voragine (Muratori, IX, 45) ſub anno MCCXXII memorat.

3 Textum noſtrum plenum hiſtoriæ Aſtenſi iniunxit Ardeſco Molina, *Notizie ſtoriche profane della città d'Aſti*, Aſti, 1776, II, 148-150, 162-163; annum ſecundæ expeditionis ſtatuit MCCXX vel ſequentem.

§ 210 bis. ROBERTUS TITIUS *illustrat, quæ a* CHRONOGRAPHIS SENENSIBUS *de civibus eiusdem civitatis crucesignatis referuntur.*

VIII

TESTIMONIA E CHRONICIS IN ORIENTE LATINO SCRIPTIS EXCERPTA.

§ 211. ERNULII *relationem inter* Continuationes GUILELMI TYRENSIS *habendam esse & cum historia, quæ inscribitur* ERACLES, *sæpissime convenire iam satis constat, quare nobis maxime agendum erit, quomodo hæc a priore abhorreat.*

Solus noster narrat, duos cardinales a papa crucem prædicatum missos fuisse & montem Thabor ab urbe Accon viij. leucas distare. Iis quæ Safadinus cum filio Coradino de pugna cum christianis committenda colloquutus fuisse dicitur [1], *nonnulla addit & accuratissime refert, quomodo Iohannes rex cum Hospitalariis & Templariis deliberavisset de impetu contra Damiatam faciendo. Quo facto præter d. milites in urbibus Accon & Tyri præsidia remansisse & Damiatæ obsessione incepta, duos cardinales Robertum & Pelagium crucis prædicatores missos fuisse. Tum refert, Templariorum navem, flumen palis obstructum ascensuram mersam esse* [2] *& de distantiis castri peregrinorum & Cæsareæ nec non de prælio inter Coradinum & Acconenses commissa nonnulla nova affert* [3]. *Solus noster narrat, soldanum urbis subsidium d. milites misisse* [4], *eosdem per castra comitis Nivernensis* [5] *in urbem perrumpere frustra conatos esse, & cardinalem Pelagium, nocte impetu facto, urbem cepisse* [6]. *Idem, pergit auctor, omnes peregrinos excom-*

1 *Eracles*, 323-324.

2 *Eracles*, 327; Oliver., 1407; Iacob. Vitriac., *Ep.* III, 296; Burch. Biberacens., infra 156; *Gesta obsid.*, 80-81.

3 *Eracles*, 330-331; Oliver., 1421.

4 *Quinti belli sacri script.*, I, p. xxxvj, not. 3 (ubi deleatur: cccc in *Hist. patriarch.*, 403).

5 *Eracles*, 345: ccc. servi per castra Romanorum; comes vero Nivernensis mense augusti MCCXIX iam domum redierat (cf. supra p. xxxvj).

6 *Eracles*, 346, dicit quattuor regis servos impetum fecisse, & inde legatum certiorem fecisse, quo facto j. die ianuarij (!) MCCXIX urbem captam esse.

municavit, qui legitima licentia non usi abirent & vetuit nautas, non licentiatos secum ducere vel bona mortuorum domum transportare [1]. *Quum piratæ x. navibus (sept. MCCXX) christianorum classem & insulam Cyprum invasissent, ita ut xiij. milia christianorum perirent* [2], *legatum ad has opprimendas, sed frustra, nonnullas naves misisse* [3]. *De s. Francisco noster copiosius quam Eracles (348) narrat; hunc cum socio suo licentia papæ non accepta, cum soldano de fide catholica colloquutum, sed salvo conductu domum remissum fuisse. Pacem a soldano oblatam a christianis repudiatam esse, quum Fridericus imperator, se mox adventurum esse pollicitus fuisset* [4]. *Postquam de Delta Ægypti* [5] *diligentius tractavit, narrat, pontem ferreum a Saracenis factum* [6] *& pacem iterum a soldano frustra oblatam esse* [7]; *cardinalem vero*

1 Oliv., 1413: « Nautæ christianitatis proditores & cum eis peregrini plurimi ante tempus consueti passagij agonistas Christi in summo periculo reliquerunt; » cf. *Epist.* Iac. Vitriac., IV, 300. Oliver. (1425) narrat, anno MCCXX (sept.), comitem de Katzenellenbogen cum multis peregrinis profectum esse excommunicatum. De crebris excommunicationibus dicit Oliv., 1424.

2 Cf. supra p. lx-lxj.

3 Venetianos profectos esse contra piratas dicit Oliverius (1425).

4 Idem dicit Iacob. Vitriac., *Ep.* (d'Achery, VIII) V, pp. 380-381. Oliverius, 1423, narrat, ad pascha MCCXX, nuntios Friderici advenisse cum Regino & Faventino episcopis (cf. supra p. lxvj) & addit (p. 1431): « Sed summus pontifex aliquam compositionem fieri absque spirituali ecclesiæ Romanæ mandato prohibuit (quod confirmat *Epistola* Honorij, quam MCCXXI ij. die febr. ad Pelagium dedit; *Mon. Germ., Ep.*, I, p. 112, n. 159). « Imperator per literas auro bullatas pacem vel treugam componi cum Saracenis inhibuit. » Qua de causa Gregorius IX (H. Bréholles, *H. diplom. Frid.*, III, 28) dicit: « Planxit insuper excidium Terre Sancte, quam nunc eripi de paganorum manibus sperabamus, quam olim, ut asseritur, recuperasset exercitus christianus per concambium Damiate, nisi ei semel & iterum imperialibus literis fuisset interdictum, nec Damiata perdita que, ut asseritur, suo tradita nuntio & aquilis imperialibus insignita eodem die crudeliter expoliata & per suos deserta viliter & ignominiose per ipsos fuit infidelibus restituta. » Quod neque Honorius (H. Bréholles, II *A*, p. 221) neque Fridericus confirmant (Id., III, 41).

5 De eadem re videas Haithon in L. de Backer, *L'extrême Orient*, 231-234.

6 Cf. supra, p. xxxvij.

7 Soldanum bis pacem obtulisse confirmant *Eracles*, 339,

regem Iohannem, ut Damiatam rediret, adduxisse c. millibus byzantiorum ad æs alienum solvendum promissis [1]. *Quum vero christiani Cahiram oppugnaturi profecti essent, Saracenos canali novo effosso* [2], *impedivisse, quominus per viij. dies exercitui commeatus adveheretur, deinde christianos inundatione Nili facta, usque ad gulas immersos* [3], *ut de pace tractarent, coactos fuisse, quam accepissent ea conditione, ut sibi vera crux* [4] *redderetur; interdum c. galeis Friderici* [5] *Damiatam appulsis, soldanum erga Iohannem regem de pace agentem & de miseria christianorum amare flentem, clementissimum se præbuisse & xxx. millia panum per xv. dies inter pauperes dividi* [6] *& omnes captivos liberari iussisse* [7].

§ 212. Eracles *(Var. C.) parum valet.*

§ 213. *In* Estoire de la naissance de Salehadin *brevissime excerpta est* Eracles, *sed multa adduntur, quæ vilia sunt. Errat auctor noster quum dicat, soldanum Ægypti a Coradino & rege Iohanne, impetu facto, Clementem Halebi principem vocasse, eumque cum soldano, avunculo suo, contra Coradinum fœdus pepigisse. Clementem vero ut Coradinum placaret ad eum in urbem Balingant ivisse & pacem cum eo fecisse ea conditione, ut ei dimidia pars Ægypti offerretur* [8]. *Non dubitamus, quin auctor noster historiam quinti & sexti belli sacri, quo Melik-al-*

341; Oliv., 1413, 1414; cf. Iacob. Vitriac., *Ep.* IV, 301; V, 381; Reinaud, *Extr.*, 403, 413.

1 *Eracles*, 349, dicit tantummodo, regem rediisse, certiorem factum, legatum solum exercitum contra Cahiram ducere velle.

2 Cf. supra, p. xlvij.

3 « Usque ad genua » (Eracles, 351).

4 Ernoul, 309-310, dicit crucem non veram fuisse & Iacob. Vitriac., *Ep.* IV, 302, confirmat soldanum hanc nunquam possessisse; ceteri fontes de cruce authentica non dubitant.

5 Cf. supra, p. lx-lxj.

6 *Ep.* P. de Monte Acuto (Rog. de Wend., IV), 79; cf. Reinaud, 416. Clementiam soldani laudat Oliverius, 1436 (quo teste Coradinus frustra ei persuadere tentabat, ut omnes christianos perderet), necnon alij christiani (Bréholles VI *B*, p. 607) & arabici auctores confirmant (Reinaud, 416, 417).

7 Neque tamen omnes christiani tunc, sed anno MCCXXVIII a Friderico II liberati fuisse traduntur (Bréh., III, 92, 99). Qua vero solemnitate Saraceni in urbem redditam ingressi fuerint, copiosissime narrant auctores arabici (Reinaud, 419-425).

8 Urbs Balingant nobis ignota; sed in *Eracles*, 338, legimus, soldanum Ægypti vere fratri suo partem Ægypti obtulisse, si auxilium ferret.

Aſchraf cum fratre ſuo Melik-al-Kâmil contra nepotem, ſcilicet filium Coradini (Melik-an-Naſir) ſe coniunxerunt, commiſcuerit.

§ 214. *In* Aſſiſes de Jéruſalem *paucis verbis mentio fit Philippi de Navarra* [1] *cum Petro Chape & Radulfo de Tiberiade ante Damiatam de iuribus & privilegiis diſputantis, quæ in regno Hieroſolymitano conſtituta erant.*

§ 215. Eracles-Noailles *pauca præbet, quæ a relatione,* ERNULII *abhorrent; editor de Mas Latrie recenſiones, quas academici Pariſienſes literis G. & D. ſignaverant, literis G. & J. notavit* [2].

§ 216. Annales de Terre Sainte *pro maxima parte ſequuntur* Eracles, *ſed præter Pelagium* [3] *nominatur « princeps Romanorum* [4]. »

§ 217. *In* Hiſtoire des croiſades *breviſſima proſtat epitome e chronico* Eracles *confecta* [5].

§ 218. AMADI *exſcripſit* Eracles, *ſed relationem copioſiorem offert de concilio Lateranenſi & terræ motu in Cypro facto* [6].

§ 219. BUSTRON *ſequitur chronicon* AMADI, *ſed addit, Euſtorgium, archiepiſcopum Nicoſienſem, eccleſiam cathedralem S. Sofiæ conſtruxiſſe.*

IX

TESTIMONIA E CHRONICIS IN SCANDINAVIA SCRIPTIS EXCERPTA.

§ 220. *In* Chronologia rerum Danicarum & Suecicarum *hiſtoriæ quinti & ſexti belli ſacri commiſcentur. Eiuſdem verba repetuntur in* §§ 221, 225-231, 234.

1 De Philippo videas Beugnot in *Bibl. de l'Ecole d. chartes*, I (1840-1841), pp. 1-31.

2 G (p. 311, in *Rec. d. hiſt. d. croiſ.*) legit: viij., Ernoul (411, ed. Mas Latrie): iv.; D vel J (p. 322) legit: Leguemer, Ernoul (417): le Quemer; G (345) numerum galearum non præbet; J vel D (345): xx., Ernoul (429): x.; G (346): *A un port devant Lymecon*; Ernoul, 430: *Au port de Cypre;* D vel J (353-354) Ægyptum inferiorem accuratius quam Ernoul (410) & G deſcripſit. Cetera nihil valent.

3 De quo vide ſupra, p. lxx.

4 Röhricht, *Beitr.*, I, 30-31, 34.

5 *Quinti b. ſacri ſcript.*, I, p. xl.

6 Cf. ſupra p. lx.

§ 222. *In* Hakónar Saga *de peregrinatione Sigurdi, Hroari, Gautij Iohannis & Ogmundi pauca narrantur* [1].

§ 223. *In* Izlenſkir Annálar *itineris Hieroſolymitani breviſſima ſit mentio.*

§ 224. Pehr Clausson *exſcripſit* Hakónar Saga.

§ 232. *Quæ* Ericus Olai *nuntiat de Waldemaro rege ficta ſunt* [2].

§ 233. *Auctor* Chronici epiſcoporum Lundenſium *in errorem* Chronologiæ rerum Danicarum *incidit.*

1 Cf. Riant, *Expéditions & pèlerin. des Scandin. en T. Sainte*, Paris, 1865, pp. 316-318.

2 Quod accuratiſſime illuſtravit Liſch in *Mecklenb. Jahrb.*, XXVII, p. 135; nuntius enim noſter inde manavit quod textus chartæ, regem Waldemarum bona comitiſſæ « per violentiam « demiſſe » falſo intellectus fuerat.



I

TESTIMONIA

E CHRONICIS IN BELGIO SCRIPTIS

EXCERPTA



I

TESTIMONIA

E CHRONICIS IN BELGIO SCRIPTIS

EXCERPTA

* * *

1. REINERUS LEODIENSIS,

Continuatio chronici Lamberti Parvi (—1230).

[Pertz, *Mon. Germ. hiſt.*, *SS.*, XVI.]

*

[*Hic primo ſequitur ad verbum* Epiſtolam *epiſcoporum Luſitanicorum, quæ exſtat apud Raynaldi* Annal., *ad annum* 1217, §§ 32-35, *ed. Manſi*, I, *p.* 412-413.]

p. 677 Annus 1219. Yemps longa a feſto omnium ſanctorum uſque 1219. Nov. 1.
ad kalendas martij. Peregrini revertuntur circa natale, qui Mart. 1.
turrim de Damiete fortiſſimam in flumine ſitam nunciant a
noſtris eſſe captam, civitatem obſeſſam, muros montis Thabor
fractos, lapides a Sarracenis longius aſportatos.

Peregrini multi revertuntur a Damieta, que adhuc a chriſtianis obſeſſa tenetur; chriſtiani foſſato firmiſſimo & mari & flumine clauduntur; qui in Damieta obſeſſi ſunt, intrandi vel exeundi non habent liberum arbitrium. Rex Hungarus & dux Auſtrie a partibus illis cum multiplicibus revertuntur. Poſtea peregrini Dei ad inſtantiam peditum de munitione ſua contra
Sarracenos exierunt, ſet fortuna eis male favente, vix ad ſuos Aug. 29
papiliones redierunt. Multi tamen de ſuis, maxime de peditibus, ceciderunt, quidem capti remanſerunt; inter quos epiſ-

1219 copus Belvacensis fuit captus, & Iohannes de Archi, miles nobilissimus & in armis strenuus, & alij multi quorum nomina non novi. Itaque turba christiana occasione peditum sustinuit pericula maxima & dampna; set tamen plurimos occiderunt & retinuerunt de parte adversa.

1220. Mart. 22 Dominica in palmis litere de captione Damiate venerunt p. 677, 678
Mart. 27 nobis. Feria vj infra pascha pro captione Damiate, qualis debuit, solemnitas est celebrata in maiori ecclesia & in tota provintia. Fredericus rex curiam habet celebrem prioribus
num ſumptibus, peritia & labore duce maxime cogones concathenate, in quibus iiij. mali eriguntur, cum ſuis rudentibus & antennis tectis coriis bovinis, adhibentur ad turrim memoratam. Tunc, facto inſultu acerrimo, iacebat patriarcha cum clero ante lignum Crucis in oratione, prelibato ieiunio. Iactus eſt in machinam ignis Grecus, ſed orantium fidelium lacrime incendium extinxerunt. Noſtrates autem uſi flagellis ferreis, capita Sarracenorum contriverunt. Tandem Sarracenis in defenſione defi-
p. 229 cientibus colloquij de pace petebant ſolatium, ac ſeſe ſub pactione ducis Auſtrie reddiderunt. Expugnata eſt autem turris illa ſexta feria ante
feſtum ſancti Bartholomei & infra paucos dies poſt idem feſtum eſt capta, Aug. 24
& Chriſtianis mancipata.

De morte Saphadini, & deſtructione murorum Ieruſalem.

Poſt captam itaque turrim illam, Saphadinus, dierum malorum plenus, fratruelumque ſuorum exheredator ac regni Aſie uſurpator nequiſſimus, dolore cordis, ut aſſeritur, tactus intrinſecus, mortuus eſt ac ſepultus in inferno. Cui ſucceſſit filius ſuus Coradinus, vir quidem crudelis & infidelis. Qui ob ultionem captionis turris memorate, & obſidionis Damiate iam incepte, muros Ieruſalem deſtruxit, & turres omnes preter templum Domini & turrem David, redegit in acervos.

De adventu Pelagij legati & aliorum nobilium ad Damiatam.

Subiugata autem turri Damiate, venerunt ad paſſagium ſancte crucis, quod tunc inſtabat, de diverſis mundi partibus peregrini multi. Inter quos venit Pelagius, Albanenſis epiſcopus & apoſtolice ſedis legatus, cum magiſtro Roberto de Curcun, viro ſancto & nobili & clerico nominis celeberrimi & Romane eccleſie cardinali, natione Anglico, & Romanis
p. 230 multis. Venerunt & epiſcopi multi, cum comite Nivernenſi, qui dico comes poſtea, imminente Chriſtianorum periculo turpiter receſſit. Venit & tunc temporis vir illuſtris & nobilis comes Ceſtrenſis Ranulphus, de regno Anglorum, cum comitibus Saero Wintonienſi, & Willelmo Harundelenſi, & baronibus illuſtribus Roberto filio Walteri, Iohanne, conſtabulario Ceſtrie, Villelmo, de Harecurt, Olivero, filio regis Anglie, cum eorum ſequela multa. Venerunt etiam comites de Marchia, de Barri, Willelmus de Carnoto, Iterus de Tocce, & Herveus de Urſone, & multi alij nobiles, quorum nomina ignoramus, ſicut nec notitiam habemus.

De quadam incomparabili tempeſtate & Nili inundatione.

In vigilia autem beati Andree, nocte media, facto tonitru incompara- Nov. 29
bili, cum nimbis, vento & choruſcationibus, intumuerunt fluctus maris &

1218 fluminis Nili, ita ut tentoria fidelium cum victualibus & armis & omni ſupellectili nimis dampnoſe ſubvertit. Que tempeſtas adeo generalis fuit, quod tam partes occidentis quam orientis, quod eſt inauditum, horribiliter exturbavit.

Obſidetur Damiata.

Eodem tempore Pelagius, apoſtolice ſedis legatus, ardens p. 232
habens deſiderium civitatem Damiate obſidendi, Chriſtianos poſt captionem turris, de qua bonam ſpem conceperunt, diligenter exhortabatur ad Nili fluminis tranſitum; quem cum maxima difficultate tranſeuntes, tandem civitatem obſederunt per girum ita quod nec per terram nec per mare poterunt obſeſſi ſuccurſu gratulari. In qua obſidione impetus ſupervenientium Sarracenorum & prelia Chriſtianorum, que ſpeciales exigunt tractatus, ſi quis audire deſiderat, librum requirat Templariorum.

De peſte, qua affligebantur incluſi in urbe Damiata.

Nunc autem de hiis, que in civitate Damiate geſta ſunt, aliquid refe- p. 234
ramus. Damiata igitur obſidione longa & irrequieta ferro, fame, flammis & peſtilentia graviter & ultra quam credi poſſit aut ſcribi, attrita eſt interius & afflicta; in ſpe ſola fidem habuit, quod Soldanus Babilonis civibus certe promiſit, ut pro eis, ſi tanta inſtaret neceſſitas, cum Chriſtianis componeret, ut ſaltem mortem evadere potuiſſent. Sed interim tanta fames in urbe generaliter invaluit, ut unum coctanum xij. biſanciis venderetur. Annona quidem, quam habuerant, mucore conſumebatur, nec audebant pauperes exire, ne inopiam, quam incluſi tolerabant, Chriſtianis enarrarent. Preterea auriſia percutiebantur, ne apertis oculis poſſent videre. Ceterum Nilus non tunc aſcendit, ut terram irrigaret & fecundaret, ut annuatim ſolebat: unde terra ſicca nec ſe paſſa eſt arari vel ſeminari, nec habuit vel pacis vel humoris alimentum vel ſolatium. Unde Soldanus famem timens validam, amore retinende Damiate, cum Chriſtianis pacifice componere ſatagebat. Auxit etiam ad propoſitum tale, ſecundum partem non minimam, miraculoſa turris ſubiugatio, & Chriſtianorum indefeſſa preliandi conſtantia, qui totiens eum admodum paucis fidelibus omnem paganiſmi fortitudinem audacter invadentes, de prelio multa milia ex eis fugaverunt aut peremerunt. Hoc quoque anno, cum lis dampnoſa mota eſſet inter eccleſiam Lincolnienſem & eccleſiam Sancti
Albani ſuper vicariam de Luitona, facta eſt compoſitio pacifica, tempore p. 235
epiſcopi Hugonis ſegundi Lincolnienſis & abbatis Willelmi de Sancto Albano.

Quomodo ſoldanus regnum Ieruſalem obtulit chriſtianis, ita ut a Damiata recederent.

[*Infra ſequitur Rog. de Wendover, IV*, 57.]

p. 235 Licet igitur hoc conſilium multum multis diſpliceret, miſſis tamen
p. 236 nunciis, chriſtianis optulit veram Crucem, que olim a Salahadino capta fuerat, cum captivis omnibus, qui per regnum Babilonis & Damaſci vivi poterant reperiri, cum ſumptibus neceſſariis ad reparandos muros Ieruſalem & civitatem in ſtatum priſtinum reducendam. Addens, « Et erit pax beata inter nos & eos, tutus intermeatus inſtitorum, & omnium hominum fedus & amicitia. » Optulit inſuper totaliter regnum Ieroſolimitanum, preter Craccum & Montem-Regalem, pro quibus retinendis tributum obtulit ſingulis annis .xij. milia biſanciorum, quamdiu illa teneret. Sunt autem illa duo caſtra in Arabia, .vij. firmiſſimas munitiones habentia, per que negotiatores paganorum & peregrini Mecham tendentes vel ab illa recedentes ſolent tranſmeare. Et hoc poſtulavit ſoldanus, non per avaritiam vel aſtutiam plus poſſidendi, ſed ut chriſtianorum crebrius expertam cupiditatem plus habendi refrenaret, & eorum poſſeſſionem certius limitaret. Quia ſepius nobis regnum illud, & quicquid iuſte poſtulare ſciremus, nobis Sarraceni concederent, niſi aviditatem noſtram plus poſſidendi & adquirendi ſemper amplius formidarent.

Oritur lamentabilis diſſentio in exercitu chriſtiano pro hac ſoldani humilitate.

Hanc compoſitionem acceptabilem & utilem eſſe Chriſtianitati rex Ieruſalem, comes Ceſtrenſis, & omnes Francigene, cum capitaneis Theutonicorum conſtanter conſuerunt. Nec hoc mirandum eſt cum multo minore pace, que prius oblata fuerat, contenti fuiſſent chriſtiani, niſi inſano conſilio eis fuiſſet obviatum.

p. 237 *Quomodo per legatum impeditum fuit ſalubre conſilium.*

Legatus autem, concupiſcentia optinende civitatis ductus, horum conſiliis non adquievit. Surgens igitur in medio comes Harundellie W[illelmus], ait, « Domine Pelagi legate, viris expertis & in hiis partibus bellorum peritis, Templariis & Hoſpitalariis, viris religioſis, quorum etiam res agitur, credendum eſt & conſentiendum, qui conſulunt poſt labores aliquantulum reſpirare. » Recalcitrante autem legato, & affirmante ſe noſſe pape voluntatem, voluit comes in ipſum

irruiſſe niſi per dominum Thomam monachum retineretur. Patriarcha igitur & clerus ſequens voluntatem pape & legati obſidioni inchoate inſiſtebant. Nuncii vero ſoldani receſſerunt, de mutua diſſenſione gratulantes.

De miraculoſa captione Damiate.

Hiis ita geſtis, cum populus chriſtianus civitatem Damiate acerrime invaſiſſet, perſpexerunt inſurgentes murorum propugnacula urbem omni carere defenſore; unde cum feſtinatione ſcalis ad murum applicatis, civi-
Nov. 5 tatem intraverunt fideles. Sicque, Salvatore mundi volente, nonas Novembris capta eſt Damiata ſine defenſione, & abſque tumultu & cruento aſſultu, ut ſoli Filio Dei victoria aſcribatur.

1222 *De peregrinatione Philippi de Albineto.*

Anno Domini M.CC.XX.II. qui eſt annus regni regis H[enrici] III p. 249
.vij[us], idem rex Henricus III fuit ad Natale Domini apud Wintoniam, epiſcopo civitatis P[etro] omnia ſibi neceſſaria miniſtrante. Quo etiam tempore Philippus de Albineto, miles ſtrenuus & morum honeſtate commendabilis, regiſque informator & magiſter, iter Ieroſolimitanum arripiens, ſuis valefacto, illuc proſpere pervenit. Qui, protinus ut ſtatum terre cognoviſſet, Ranulpho, comiti Ceſtrie, literas in hec verba direxit, « Reverendo domino & amico R[anulpho], comiti Ceſtrie & Lincolnie, » &c. Require quod ſupereſt in aliquo libro hiſtoriographi. Huius autem epiſtole ſumma fuit: Gens chriſtiana exiſtens in Damiata, cuius capitanei fuerunt rex Ieruſalem, legatus, dux quoque Balvarie, fecerint equitationem ſupra terram Babilonis, & fuerunt mille milites cruce ſignati, & alij equites .v. milia, & peditum .xl. milia. Et dum eſſent inter duo brachia Nili, Sarraceni ſubito de nocte ſecturas ad aquam derivandam fecerunt de uno alveo ad alium. Ita quod antequam ſibi providiſſent, erant chriſtiani in aqua uſque ad cinctoria. Et tunc dolor & gemitus chriſtianorum, & infi- p. 250
delium exultatio; & caperentur omnes vel ſubmergerentur, ſi ſoldanus, quod mirum fuit, voluiſſet. Immo potius parcens eis, tranſmiſit, cum per biduum ieiunaſſent, alimenta; « alioquin fame & alia miſeria defeciſſemus. Mandavit igitur genti noſtre, ut loqueretur de pace, quia tradidit Deus nos in manum ſuam, & addidit, quod ſi tradidiſſet ſic Deus gentem Sarracenicam, in manus eorum, omnes ſine miſericordia perimerent. »

De amiſſione Damiate, & pactione dolenda.

Coacti igitur chriſtiani treugas ſumpſerunt cum ſoldano uſque ad .viij. annos, tali pacto, quod gentes noſtre Damiatam redderent, & omnes eſcla-

vos quos tenebant. Et propter hanc pactionem tenendam rex Ieruſalem, legatus & dux Balvarie, cum quibuſdam aliis nobilibus, in hoſtagio remanſerunt, & ſoldanus ex ſua parte .xx. obſides tradidit chriſtianis, quod ipſe ſcilicet ſuos, quos tenebat chriſtianos eſclavos, liberos reſignaret. Quod ſic demum cum maxima chriſtianitatis totius confuſione factum; quia [quanto] captio Damiate glorioſor, tanto fuit amiſſio lamentabilior. Tunc inſultaverunt improperando chriſtianis victores Sarraceni dicentes, « Quid nunc profuit vobis veſtri tanti laboris inanis diuturnitas? Veſtra vos confudit ſuperbia, cum oblatam vobis pacem honorabilem, toti legi veſtre frontoſam, refutaſtis. Ut quid plus exigitis quam regnum Ieruſalem, terram ſcilicet quam Iheſus Chriſtus veſter inhabitavit? Ut quid
p. 251 aliena concupiſcitis? » Hec igitur cognoſcens, per intermeantes memoratus Philippus, Achon divertit, ne penitus vacua & inanis eſſet eius peregrinatio. Et hec occidentalibus ſignificavit.

41. IOHANNES DE GARLANDIA (— 1252),

De triumphis eccleſie.

[Ed. Thomas Wright, Roxb. Club, Lond., 1856, in-4.]

*

p. 115 *..... Hec Sarracenis gens peior plus venerandam*
Sevit in eccleſiam, quod ratione probo.
Memphis que fertur Damiata, vigore coacta
Summo, chriſticolis clauſa, recepta fuit.
Illic per Pharias excrevit Nilus arenas,
Et Chriſti pugiles clauſit & hauſit aquis.
Quando Ieruſalem rex inclitus ille Iohannes
Impulerat gentem ſtrage cruore feram,
Noſtra famem gens paſſa fuit, vallata caterva
Hoſtili, Nili flumine clauſa vagi;
Soldanus tamen eccleſie tranſmiſit alendis
Panes militibus, hoſtis in hoſte pius.
Ad proprios dominos Memphis redit, hec ſed abire
Sancte permittit agmina denſa crucis.

42. *Annales de Burton* (— 1262).

[*Annales Monastici*, ed. Luard, I.]

*

1218 MCCXVIII. Ranulfus comes Cestrie & W[illelmus] de Ferrariis comes Derbeie peregre profecti sunt in terram sanctam Ierusalem. In illo tempore capta fuit Damieta a christianis; & postea fuit perdita post recessum magnatum christianorum qui illam ceperant per obsidionem. p. 225

43. *Annales de Theokesberia* (— 1263).

[*Annales Monastici*, ed. Luard, I.]

*

Vicesima ecclesiarum de tribus annis precedentibus datur p. 64
in succursum Terre sancte. Capta est civitas Damiate a
Nov. 5 christianis, nonis novembris, non virtute hominum, sed sola potentia Dei:

Anno sub nono decimo & mille ducentis
Capta est celebris nonis Damieta Decembris.

Comes Cestrie & alij nobiles Anglie proficiscuntur Ierusalem.

44. *Brut y Tywysogion* (*Chronicle of the princes*) (— 1282).

[Ed. Will. ab Ithel, Lond., 1860, in-8.]

*

1218 Y ulsydyn honno y daeth llawer o groessogyon y Gaerus- p. 304
salem y rdsg y rei yd aeth iarll Kaer Lleon, a iarll Marscal [a Brian o Vilis], a llawer o wyrda ereill o Loegyr. Y uldydyn honno y mordsyas llud y Cristonogyyn hyt yn Dametta. Ac yny blaen yn tywyssogyon yd oed brenhin Kaerussalem a phadriarch Kaerussalem, a meistyr y demyl, a meistyr yr ys-

pytty, a thywyssasc Astria, ac ymlad ar dref a orugant ae goresgyn: a chastell a oed ygkanasl yr auon wedy adeilat ar logen, hsnns a eskynnasd y pererinyasn ar yscolyon ac ae torrassant wedy llad llaser or Sarascinyeit a dala ereill.

Y ulsydyn honno yrodes yr holl gysoethadsc Dudf dinas 1219
Damiet yn yr Eifft a oed ar avon Nilus y lu y Cristonogyon aved wedy blinas o hir ymlad ar dinas; kanys dsywadsl racweledigaeth aberis y veint uardsolyaeth [ary bopyl] yny dinas hyt na allei y rei budf gladu y rei meirdf. Kanys y dyd y cahat y dinas ydoed mdsy no theirmil o gyrff y meirdf ar hyt yr heolyd megys kdsn heb y cladu. Ar dyd dshnndf yr molyant a gogonyant yr Creadsdyr y credsyt archescob yny dinas.

p. 308 Y ulsydyn honno yd aeth llu y Cristonogyon Damieit yn 1221
yr Eifft tu a Babilon dsrth ymlad a hi, ac nys gadadsd dial Dudf. Kanys llifasd adsnoeth auon Nilus ar y fford [yr wythuet dyd
p. 310 o wyl Veir diwoethaef or kynhayaf], ae gdsarchei rdsy dsy afon yny vodes anneiryf o nadunt. Ac yna keithiwadf erreil. Ac yna y gorun arnunt dalu Damiet yr Sarassinyeit drachefyn dros y bowyt ac rydit y keith, a gbneuthur kygreir byth mlyned ac dsynt. Ac odyno y hebrygadf y Sarrassinyeit dsynt hyt yn Acrys lle ny wydit dun y dsrth groes Grist, namyn trugared Dudf e hun ae taladsd adunt.

Versio.

Hoc anno nonnulli crucesignati Ierusalem profecti sunt, quorum in 1218
numero erant comes de Caerleon, comes Marshall (Bryan de Villa) & alij viri nobiles ex Anglia orti. Eodem anno exercitus christianorum profectus est Damiatam, quem duxerunt rex Hierusalem, patriarcha Hierosolymitanus, magister Hospitalis & dux Austriæ. Qui aggressi sunt & ceperunt urbem: ibique erat castellum in medio flumine super rates constructum, quod scalis peregrinis ascenderunt & destruxerunt, multis Saracenis occisis & captis.

Hoc anno Deus Omnipotens Ægypti urbem Damiatam ad ripam Nili sitam 1219
exercitui christianorum tradidit, prope quam diu pugnando multum temporis castra habuerant, sed divina providentia talis mortalitas in populo civitatis grassata fuerat, ut vivi mortuos sepelire non possent & die, quo urbs caperetur, plus quam tria millia corporum in viis ut canes insepulta invenirentur. Et eodem die ad laudem & gloriam Creatoris archiepiscopus in urbe consecratus est.

Hoc anno exercitus christianorum ab urbe Damiata Ægyptiaca Baby- 1221
lonem profectus est, ut eam aggrederetur, sed Deus ultor hoc non permisit:

quum enim via eorum Nili flumine inundata fuerit octava feſtivitatis
Sep. 8 *S. Mariæ in auctumno, duobus fluminibus conſtricti ſunt, ut innumerabilis eorum copia mergeretur, ceteri vero caperentur. Qua re compulſi ſunt, ut Damiatam redderent Saracenis pro ſalute vitæ & liberatione carceris, pace octo annorum facta. Unde Saraceni eos Accaron deduxerunt, ubi de cruce Chriſti nihil ſciebant: ſed gratia Dei ipſius honorati ſunt.*

45. *Annales Cambriæ* (— 1288).

[Ed. Williams ab Ithel, Lond., 1860, in-8.]

⁂

[*Initio ſequitur Albericum* (Mon. German. SS., XXIII, 708); *tum pergit:*]

Qua capta, ſtatim archiepiſcopus in ea conſecratus eſt a p. 74
domino legato & patriarcha & ab archiepiſcopis & epiſcopis p. 75
pluribus, qui ibi aderant.

46. *Annales de Waverleya* (— 1291).

[*Annales Monaſtici*, ed. Luard, t. II.]

*

1217 Hoc anno ad Pentecoſten Ranulphus comes Ceſtrie & p. 289
Willelmus comes de Ferrariis & barones cum cetera multitudine promiſcui ſexus iter verſus Ieroſolimam arripuere. Multi tamen pro defectu ſubſtantie ſeu corporis debilitate remanſerunt; partem pecunie ſue ad ſubſidium Terre ſancte mittentes, a voto ſuo per dominum Papam abſoluti ſunt.

1219 Eo tempore Robertus filius Walteri & dominus Seer de p. 292
Quinci & Willelmus de Harecurt & Willelmus comes de Arundel iter Ieroſolimitanum arripuere cum multis aliis; unus autem ex ipſis Seerus viz. de Quinci, poſtquam in Terram ſanctam venerat, gravi infirmitate corripitur. Convocatis igitur pueris ſuis, eoſdem adiuravit iuramentoque conſtrinxit, quod cor eius & vitalia poſt obitum ipſius comburerent &

ſecum in Angliam aſportarent & apud Geroldoniam ſepelirent: cognoverat enim quia moreretur: quod & factum eſt. Ipſe vero poſt .iv. aut .v. dies, ſcilicet .iij. non. novembris, Nov. 3
ex hac luce ſubtractus eſt & apud Acres ſepultus.

Nonis novembris Damieta, civitas Egypti valde munita, Nov. 5
que quondam Memphis dicebatur, diu obſeſſa a chriſtianis, virtute divina, cum multis & magnis opibus & ſine effuſione ſanguinis chriſtianorum, intempeſte noctis ſilentio miraculoſe capta eſt.

p. 294 Willelmus comes de Arundel rediens de civitate Damieta, 1220
poſtquam Dei virtute capta eſt, moritur ultra Romam apud quoddam oppidulum Kainel nomine, cuius corpus membratim diviſum, ex ipſius iuſſione, in Angliam tranſportatum eſt & apud Wimundham ſepultum.

p. 295 Proh dolor! Pagani orta diſcuſſione & diſcordia inter 1221
chriſtianos, aliiſque infortuniis ingruentibus, civitatem Damietam inopinato eventu recuperant atque eandem ſibi ſubiugant, quam chriſtianorum populi non ſine multo labore & ſudore, Dei tamen virtute, ceperant & per biennium & eo amplius iam poſſederant & depopulaverant.

47. *Chronicon Petroburgense* (— 1295).

[Ed. Stapleton, Camden-Club, 1849, in-4.]

*

p. 7 Ranulfus comes Ceſtrie & Willelmus comes de Ferrariis, & Iohannes conſtabularius Ceſtrie cum multis aliis Anglie magnatibus crucesignatis peregrinationem ſuam verſus terram ſanctam arripuerunt.

[*Sequitur* Continuationem *Rogeri de Hovedene* (p. 185); *tum pergit*:]

p. 7 Chriſtiani perdiderunt Damietam, & tamen non modico recreati ſunt ſolacio, dum iactura illa recompenſatur, ſalutifere crucis ligno eis reddito cum univerſis captivis cuiuſcumque conditionis extiterint, libertati reſtitutis.

48. FLORENTIUS WIGORNENSIS,

Chronicon continuatum (— 1295).

[Ed. B. Thorpe, Lond., 1849, in-8, t. II.]

*

1217 Civitas Damieta in Egypto, que secundum quosdam dicitur Memfis, a christianis post pascha est obsessa, que duravit magis quam per annum & dimidium. In qua nunc christiani, nunc Sarraceni, divisa sorte, victores fuerunt. p. 173

1218 Nonis novembris feria tertia, civitas Damieta capta est a christianis, in qua die .xl. mille viris armatis cum tot mulieribus, in principio deputatis ad tutelam civitatis, vix .l. in captione sunt inventi vivi; nam omnes divino strati gladio sub loco cinctorij sunt putrefacti.

1221 Damieta Sarracenis est tradita, christianis omnibus inde expulsis.

49. *Annales de Dunstaple* (— 1297).

[*Annales Monastici*, ed. Luard, Lond., 1866, in-8, III.]

*

1217. Eodem anno, dedimus vicesimam reddituum nostrorum, secundum communem estimationem bonorum nostrorum ad succursum Terre sancte, simul de tribus annis. p. 53

1218. Eodem anno, obiit apud Damietam mag. Thomas de Noyun, & magister Alexander de Curcun, & magister Radulfus de Bondeburg. p. 54

Maj. 1218. Eodem anno in madio, comites de Cestro, de Ferieres, & Brion de Insula, & constabularius Cestrie, & Willelmus de Harcurt, cum multis aliis, in Terram sanctam profecti sunt.

1219. Eodem anno, obsessa est civitas Damiata ab exercitu christiano, scilicet .ij. cardinalibus, & rege Iherosolimitano, p. 55

& rege Ungarie, & duce de Oſtrij, & civibus Romanis, &
aliis circumquoque confluentibus.

..... Quo anno capta eſt Damietta; in qua captione tota
Eccleſia predicat & extollit Comitis Ceſtrie probitatem. In
qua Damietta, ultione divina, tanta fuit hominum mortalitas,
p. 56 quod chriſtiani dederunt tria millia biſantiorum pro trahendis
ad fluvium proximum cadaveribus defunctorum; quem dum
intrarent chriſtiani, ita fecit Dominus Nilum inundare, quod
pagani, qui extrinſecus obſederant, populum chriſtianum ap-
propiare, vel eis nocere non poterant. Quibus pre confuſione
recedentibus, non eſt auſus aliquis infra duas dietas prope
reſidere; nec chriſtiani ab urbe capta recedere preſumpſerunt,
ne captam perderent, dum capere niterentur.

.... Eodem anno profecti ſunt illuc, comes de Arundel,
comes de Wintonia, R[obertus], filius Waltheri, Baldewinus
de Wehr, G[alfridus] de Luſchi, O[donel], filius Wilhelmi
de Aubeny; ſed comes Wintonie & B[aldewinus] de Wehr
ibidem obierunt, & R[obertus], filius Walteri, rediit infir-
matus.

p. 60 1220. Eodem anno rediit comes Ceſtrie circa calendas 1220
Auguſti cum conſtabulario Ceſtrie & Brienno de Inſula. Aug. 1

p. 62 Eodem anno, quoddam ſcriptum arabicum inventum eſt
apud Damiettam, quod Pelagius Apoſtolice Sedis legatus,
tranſtulit in latinum; quod & Romam miſit: & inde ad nos
perlatum eſt. In quo, ſub quadam verborum obſcuritate
continetur terre Ieroſolimitane deſtructio, & eiuſdem re-
cuperatio, & Damiette captio, & tam Egypti, quam regni
Turcorum perditio.

p. 63 Eodem anno, ceperunt pagani civitatem Nazareth. Et
ſoldanus Babilonie obſedit caſtrum peregrinorum menſi
Octobri; & tot a partibus illis redierunt chriſtiani, quod re- Octob.
ſidui non poſſent ſe tueri, niſi novum auxilium ſuperveniret.

Eodem anno, ceperunt chriſtiani civitatem Taſnes, que
fere per dietam diſtat a Damietta: ubi eſt locus piſcandi
ydoneus, & multitudo piſcium copioſa.

Eodem anno, menſe decembris, Rome coronatus eſt Decemb.
Fredericus imperator cruceſignatus, preſtita prius cautione
de voto crucis exſequendo. Qui, de conſilio Pape, multos
milites & armatos trans fretum premiſit; poſt diſpoſita im-
perij magis ardua negotia, perſonaliter ſecuturus.

1221. Eodem anno excommunicatus est Willelmus comes de Albo Mari, quia qui crucesignatus, nec votum redimere voluit, nec Ierusalem proficisci. p. 64

Eodem anno obiit comes de Arundel in Italia & ossa sua translata sunt & sepulta apud Wimundham.

Eodem anno sicut Honorius papa tertius scripsit omnibus ecclesiis: « Rex David habuit conflictum cum soldano Persidis & eo fugato per viginti quatuor dietas obtinuit rex in Perside castra & civitates munitas ita quod non distabat a famosissima civitate Baldas, ubi est pape paganorum sedes specialis, nisi per decem dietas. Populus etiam Georgianus in armis strenuus, in fide catholicus, contra Sarracenos sibi vicinos guerram movit. »

1223 Quo tempore, ad instantiam Pandulfi Apostolice Sedis p. 67
legati, facta est promissio regi Ierosolimorum in subsidium Terre sancte: ita quod quilibet comes daret tres marcas, & quilibet baro unam marcam, & quilibet miles sex denarios, & quodlibet castrum unum denarium.

...... Eodem anno, Petrus Wintoniensis episcopus & p. 75
dominus Falco de Breaute, dum parati essent iter arripere, supervenit rumor malus, de Egypto scilicet, quod exercitus christianorum circundatus Nylo, iuxta civitatem Babylonie Saracenorum, coactus est reddere Damietam, & concedere treugas Saracenis pro compensatione, quod christiani cum rebus suis illesi recederent & civitas redderetur, & omnes captivi in potestate soldani Babylonis constituti, libertati restituerentur. Et hac ratione, Anglici a sua peregrinatione destiterunt, donec a Sede Apostolica mandatum.....

50. BARTHOLOMÆUS DE COTTON,

Historia Anglicana (— 1298).

[Ed. Luard, Lond., 1859, in-8, p. 111.]

*

[*Sequitur Matthæum Paris supra pp.* 54-59 *laudatum.*]

51. *Chronica de Mailros* (— c. 1300).

[Bannatyne Club, Edinb., 1835, in-4.]

*

p. 135 Civitas illa famosissima, que Damieta dicitur, postquam 1219
fere per triennium ab exercitu christianorum obsideretur, a solo Christo capitur & christicolis cum magno miraculo possidenda tribuitur nonas novembris, sicut in primo folio Nov. 5
voluminis huius plenius continetur.

[*Sequitur p.* 135-137, Epistolam *Hermanni de Salsa, quam in* Epistolario V belli sacri *typis mandabimus.*]

p. 138 Eodem anno civitas illa famosa que dicitur Damieta, nuper 1221
a Christo christianis adquisita, sed ab eisdem nimis enerviter & negligenter custodita, iterum a paganis est obsessa & in vigilia Decollationis beati Iohannis Baptiste de potestate chris- Aug. 28
tianorum penitus ablata. Quibus tamen meritis, vel quo Dei iudicio hoc evenerit, ignoratur, maxime, cum iam tunc in dicta civitate divini cultus excellentia magnifice ceperat exaltari. Novus siquidem episcopus in ipsa civitate ordinatus mille talentorum redditus habebat, preterea xl canonici erant in eadem civitate, quorum quilibet centum habebat talenta per annum.

52. NICOLAUS TRIVET,

Chronicon (— 1307).

[Ed. Th. Hog, Lond., 1845, in-8.]

*

[*Excerpit Oliverij* Hist. Damiatinam; *cetera hic sequuntur.*]

p. 203 Nobiles multi Francorum & Anglorum, devotione allecti, 1218
peregrinationem Ierosolymitanam sunt aggressi, inter quos

fuerunt Ranulfus Cestrie & Willelmus Derbye comites, viri strenui & famosi. Ioannes, rex Ierusalem & dux Austrie, coadunato exercitu valido ex multitudine peregrinorum nationum diversarum, civitatem Damietam obsederunt. Ceperant autem prius cum labore maximo turrim quandam munitissimam in alveolo fluminis sitam.

1219 Urbs Ierosolymitana, licet inexpugnabilis videretur, a Coradino, filio p. 204
Saphadini capta est: cuius muros cum turribus evertit & in lapidum acervos redegit: templo tantum & turri David detulit, Dominicoque sepulcro. Credunt namque Dominum Iesum magnum fuisse prophetam & de virgine natum, ingentiaque miracula fecisse, prout in eorum legitur Alcorano. Christiani vero in obsidione Damiate frequentes dantes assultus, per totam estatem plurimum laborantes, proficientes parum aut nihil.
Aug. 29 In die vero Decollationis sancti Ioannis Baptiste, Sarraceni copiam fecerunt pugne, in qua multi christianorum nobiles occisi sunt & capti. Superveniente vero peregrinorum auxilio, quorum Savaricus de Malo-
Nov. 5 Leone erat capitaneus, reparatur obsidio. Nonis vero Novembris annuente Domino Iesu Christo & domino Pelagio Albanensi episcopo solerter p. 205
agente, capitur Damiata in oculis regis Babylonis, qui divino terrore percussus, milites christianos more consueto aggredi non est ausus. Est autem Damiata civitas Egypti maritima in terra Gessen inter Ramesse & Campotaneos sita, antemurale totius Egypti, Heliopolis dicta olim.

1220 Hoc anno ceperunt christiani civitatem Egypti Tanis non minori mira- p. 206
culo, quam prius ceperant Damiatam.

Hoc anno in itinere peregrinationis Ierosolymitane Henricus de Boun Herfordensis & Særus de Quinci comites obierunt.

1221 Pelagius, apostolice sedis legatus in Terra Sancta, in festo apostolorum p. 208
Iun. 29 Petri & Pauli cum magna parte exercitus versus Babylonem profectus, cum ad locum medium, ubi Nilus in tria magna flumina scinditur, venisset, occupato ponte, quem [de navibus] Sarraceni construxerant, in planitie littoris tentoria figi iussit. Soldanus christianos ferventes esse attendens ad pugnam noluit aperto marte confligere, sed ut exercitum affligeret inedia, prohibuit apportationem victualium viarum aditibus undique custoditis. Supervenit & inundatio Nili, que totam terram, ubi erat exercitus Domini occupans, usque ad genuum profunditatem resolvit in cœnum. Quibus malis coacti sunt christiani (ea pactione, quod pars crucis dominice quam soldanus Babylonis & Damasci asportaverat de Ierosolymis, eis redderetur, liberarenturque omnes christiani captivi, dato salvo conductu usque Achon), Damiatam Saracenis reddere, induciasque in octo annos firmare; sicque Damiata, capta cum sumptu maximo & labore, & per annum a christianis possessa, in Nativitate Virginis gloriose Sarracenorum dominio iterum est subiecta. p. 209

53. MATTHÆUS WESTMONASTERIENSIS,

Flores Historiarum (— 1307).

[Lond., 1570, in-f]

*

p. 1006 ..... Anno gratie MCCXVIII, rex Henricus fuit ad natale, apud 1218
Northampton, Falcasio regi necessaria ministrante. Mense vero maij, rex Mai.
Iohannes Hierusalem, cum patriarcha, & episcopis, incolis Bethleem & Acon, & aliis prelatis, duce quoque Austrie, magistris templi & hospitalis, & domus sancte Marie Teutonicorum, & christianorum multitudine ab Acon usque Damiatam prospere navigarunt, & statim obsessa est turris quedam cum catena, que videbatur totius civitatis non longe inde remote robur & defensio. Et tunc fuit eclipsis lune generalis, & non diu protracta obsidione, capta est a christianis turris cum catena. Destruuntur muri Hierusalem a Saracenis, ad revocandum christianos, ne obsideretur Damiata. Advenit Pelagius, Albanensis episcopus, apostolice sedis legatus, potius ad desolationem christianorum, quam consolationem, sicut finalis rei eventus postea declaravit. Advenit etiam magister Robertus de † Corsim, cardinalis, & magister Thomas de Nouin, theologi & predicatores excellentissimi, Romanorum quoque multitudo, qui in primo certamine terga fuge dantes, pernitiosum christianis exemplum, sicut postea dicetur, prebuerunt. Venerunt etiam de regno Anglie viri nobiles, & nominatissimi, illustris comes Cestrie Ranulphus, cum comitibus Saero Winton. & Gulihelmo Arundello, & inclitis baronibus, Roberto filio Walteri, Iohanne constabulario Cestrie, Guilhelmo de Harecourt, Oliverio filio regis Anglie, cum sequela sua non modica, ad obsidionem Damiate. Nocte
vero sancti Andree, incomparabilis & inaudita tempestas, tonitrus, cho- Nov. 29
ruscationes, venti, & pluvie totum fere mundum per partes scilicet orientales & occidentales, terribiliter concussit, & tam mare quam Nilum ita coegit subito intumescere, quod tam incole, quam christiani damna incurrebant irrestaurabilia.

..... Eodem tempore facta est obsidio plena civitatis Damiate, compositis tentoriis, fossatis & stationibus.

Et circa dies illos, post captam turrim, & obsidionem Damiate perfecte preparatam, Saphadinus dierum malorum inveteratus, fratruelumque suorum exhereditator, ac regni Asie usurpator nequissimus, dolore cordis affectus intrinsecus, mortuus est, & sepultus in inferno. Cui successit filius eius Coradinus, paterne nequitie imitator indefessus.

p. 1008 ..... Eodem tempore, obsidio facta circa Damiatam, & continuata, 1219
nunc his, nunc illis, secundum Martios eventus prelij, contulit, vel intulit

Nov. 9 pericula cum iacturis. Tandem die sancti Leonardi plus miraculo, quam hominum adminiculo, capta est urbs Damiate, & cultui christiano penitus restituta.

..... Hoc anno, obierunt Henricus de Bonn, comes Herefordie, & p. 1009
Serus de Quenci, comes Wintoniensis in itinere peregrinationis sue versus Hierusalem.

1221 Civitas Damiata eripitur a potestate christianorum in vi- p. 1111
Aug. 28 gilia decolationis sancti Iohannis Baptiste. Unde crucesignati, itineris propositum versus eandem civitatem exequi volentes, audita christianorum confusione, ab itinere revertuntur. Petrus de Rupibus, episcopus Wintoni, crucesignatus est.

..... Eodem anno, obiit Gulihelmus de Albineto, comes de Arundel, in partibus transmarinis, a Damiata rediens, & corpus eius, per Thomam monachum sancti Albani, in Angliam transportatur, apud Wimundham, cui ipse comes patronus fuit, tumulandus.

54. WALTHERUS DE HEMINGBURGH,

Chronicon (— 1346).

[Ed. Cl. Hamilton, Lond., 1848, in-8.]

*

1219 Anno Domini MCCXIX & regni regis Henrici quarto a p. 262
christianis nostris capta est Damiata, civitas validissima & diu obsessa, mense scilicet novembri, in qua repertus est ingens auri & argenti thesaurus & armorum copia & farris abundantia magna; factusque est in castris Saracenorum horror & confusio & amara mentium conturbatio. In populo quidem Dei letitia magna, sed brevis quidem; nam in superbiam erecti gratia Dei abusi sunt & ideo, peccatis exigentibus, conversa est letitia in luctum & organa eorum in voces flentium. Dum enim exirent incaute ad obsidendam civitatem Thaer, inundate sunt aque fluminis & creverunt in immensum ita quod reverti non poterant, cum sibi deficerent necessaria. Propter quod in mortis articulo positi pacem qualem poterant adepti sunt: inierunt enim cum hostibus treugas septennales & Damietam reddiderunt, captivis etiam utrinque liberatis & sancta cruce, ut aiunt, christianis liberata.

55. *Chronicon de Lanercost* (— 1346).

[Bannatyne Club, Edinburgi, 1839, in-4.]

*

p. 27 Hoc etiam anno capta eft a chriftianis Damieta, die fancti Leonardi 1219
abbatis, fed dum negligenter & remiffe agerent ac nomen fanctum vita Nov. 5
deturparent, iterum ab hoftibus ad bellum provocati non folum quefita perdiderunt, fed & agminum fuorum circa fex millia, prohibente tamen congreffum tunc fancto Francifco, qui prefens aderat, & eis eventum denunciante. Hoc innotefcere poterit per querelofas literas, quas fuper hoc dominus papa Honorius direxit diverfis provinciis, totum imputans peccatis noftrorum.

[*Sequitur poftea Vincentium Bellovacenfem, infra fect.* III.]

56. *Eulogium hiftoriarum* (— 1366).

[Ed. Haydon, Lond., 1868, in-8, t. III, p. 93.]

*

[*Sequitur Nic. Triveti* Chronicon, *fupra p.* 67.]

57. *Annales de Wigornia* (— 1377).

[*Annales monaftici*, ed. Luard, t. IV.]

*

[*Sequuntur p.* 410, Annal. Theokefb., *fupra p.* 60.]

p. 414 MCCXXII. Damieta ante triennium armis obtenta a 1222
chriftianis in Egypto redditur Sarracenis; in cuius commutatione redditur chriftianis vera crux, & captivi utrinque liberantur, datis treugis ufque viij annos.

58. HENRICUS DE KNYGHTON,

De eventibus Angliæ (— 1395).

[Twyſden, *Hiſt. Anglicanæ SS.*, II, p. 2428.]

*

[*Sequitur Walterum de Hemingburgh, ſupra p.* 70.]

59. THOMAS DE BURTON,

Chronicon de Melſa (— 1396).

[Ed. E. A. Bound, Lond., 1866, in-8, I.]

*

Honorij III tempore chriſtiani ceperunt Damiatam, ſed Sarraceni, p. 385
fortuito caſu contingente, eam poſtea recuperaverunt.....

Ranulfus, comes Ceſtrie, profectus eſt Ieruſalem, & capta p. 400
eſt Damieta a chriſtianis ...... & rediens de Terra ſancta edificavit caſtra.....

60. THOMAS WALSINGHAM,

Ypodigma Neuſtrie (— 1418).

[Ed. Riley, 1876, p. 137-139.]

*

[*Sequitur Nic. Triveti* Chronicon, *pp.* 203-209, *ſupra p.* 67.]

61. IOHANNES CAPGRAVE,

Liber de illuſtribus Henricis († 1484).

[Ed. Hingeſton, Lond., 1858.]

*

p. 165 Unde & apertis eccleſiis in tantum gaudium erumpebat 1218
p. 166 (comes Henricus Herfordie), quod votum fecit ſe, cum tempus opportunum venerit, viſitaturum ſancta loca, Sepulchrum ſcilicet Dominicum & alias in civitate Ieroſolimorum memorias ſanctas.

Nil amplius ſuper eo legimus niſi quod poſt hec, aſſumpto ſecum Sayero de Quyncyne comite Wyontonſe, Ieruſalem tranſiit nunquam reverſurus. Annuente enim miſericordiſſimo domino de Ieruſalem terreno ad celeſtem aſſumptus eſt, ubi viſio ſempiterna, ubi paſcua ſecundum Salvatoris vocem, ſive quis ingrediatur, ſive egrediatur, ſaluberrime invenietur. Hanc benedictam patriam peregrini noſtri adepti pro nobis, quos poſt ſe dereliquerunt ſolicite orantes ante conſpectum Agni orant dicentes: « Benigne fac in bona voluntate, Tu Domine, ut edificentur muri Ieruſalem! » (Pſalm. 41, 20.)



III

TESTIMONIA

E CHRONICIS IN GALLIA SCRIPTIS

EXCERPTA



III

TESTIMONIA

E CHRONICIS IN GALLIA SCRIPTIS

EXCERPTA

* * *

62. *Continuatio Roberti de Monte* (— 1219).


[*Rec. des hist. de France*, XVIII.]

*

p. 348 1213. Multi nobilium, ut in Ierusalem irent pro peregrinatione hoc tempore crucesignati, mare transierunt; in qua expeditione Iordanus, episcopus Lexoviensis, perrexit.

1214. Obiit predictus Iordanus, Lexoviensis episcopus, in partibus transmarinis, ibique sepultus est.

1215. Hoc anno, capta fuit Damiata a christianis, debellatis Saracenis.



63. *Histoire des rois d'Engletierre* (— 1220).

[*Hist. des ducs de Normandie*, éd. Francisque Michel. P. 1840, in-8.]

*

1218 ..... En cel esté meisme fu assise la cités de Damiete de p. 206
crestiens : del roi Iehan de Iherusalem, qui fu cuens de Briene, & puis fu rois eslius de la sainte cité & del Temple & del Ospital & del duc d'Osterrice & de pluisors autres haus homes. Meismement en cel esté vint la nouviele en Engletierre d'Othon l'empereour de Rome, qui mors estoit à Brusewic. Autresi fist-elle de Symon le conte de Monfort,
1219 qui fu ocis deuant la cité de Toulouse. A l'autre esté apriès, moru Guillaumes li mareschaus; si fu mis li iouenes rois en la garde l'evesque de Wincieftre & en la garde Phelippon d'Aubegnij. Guillaumes li mareschaus, ains qu'il morust, se rendi au Temple; mais ie le vous avoie oublié à dire, & des Englois autresi qui commencierent à tournoier tantost que la paix fu, & tornoiierent moult les deus premerains ans. Apriès chou que Guillaumes li mareschaus fu mors, qui moru en
Aug. 29 l'esté, ot une bataille le iour Saint-Iehan-Decolasse devant la cité de Meate, ù li Sarrazin desconfirent les crestiens & moult en ocisent & prisent: dont grans damages fu & grans pitiés. Puis apriès chou, .j. poi apriès la fieste de Toz-Sains, ot Dex pitié de sa gent; si fu la cités de Meate prise par grant miracle. Cele nouviele vint le quaresme apriès en France & en Engletierre.

64. GUILLELMUS BRITO,

Historia Philippi Augusti (— 1223).

[*Rec. des hist. de la France*, XVII.]

*

1214 Robertus de Corcon, apostolice sedis legatus, & multi cum p. 108
eo & sub eo adhuc predicabant publice per universum regnum

gallice, & multos cruce ſignabant indifferenter, parvulos, ſenes, mulieres, claudos, cecos, ſurdos, leproſos: propter quod multi divites crucem tollere abhorrebant, quia huiuſmodi confuſio preſumebatur potius impedire negotium crucis, quam poſſe ſuccurrere ſancte Terre. Sed in predicationibus ſuis, quibus videbantur velle placere populo, pluſquam neceſſe eſſet diffamabant clerum, turpia dicentes & confingentes coram populo de vita eorum, & ita inter clerum & populum materiam ſcandali & ſchiſmatis ſeminabant: propter que & propter quedam alia gravamina tam rex quam clerus univerſus, contra ipſum legatum, ſedem apoſtolicam appellaverant. Potens eſt tamen Dominus hec omnia pro voluntate ſua ſedare, & Terram ſanctam de manibus inimicorum crucis per infirma mundi, ſi voluerit, liberare « qui potens & filios Iſrael de lapidibus ſuſcitare » (Luc., III, 8).

p. 112 Anno ab incarnatione Domini MCCXVIII, obiit Odo 1218
nobilis dux Burgundie cruceſignatus, qui condito teſtamento pecuniam ſufficientem & milites & viros armatos miſit pro ſe in obſequium ſancte Crucis ad ſuccurrendum ſancte Terre.

Eodem anno, in feſto beati Ioannis, Petrus Pariſienſis epiſ- Iun. 24
copus, & Galterus camerarius, Herveus comes Nivernij, & multi alij boni milites, & aliorum hominum multitudo, iter arripuerunt ſancte peregrinationis in obſequium ſancte Crucis.

Eodem anno, in autumno, univerſitas chriſtianorum qui erant in Terra ſancta obſedit civitatem famoſiſſimam Damietam in confinio Egypti ſuper Nilum ſitam, que Memphis antiquitus dicebatur, & oppugnaverunt illam per annum. In fine anni exierunt de exercitu chriſtianorum quidam circiter decem millia, & pugnaverunt contra Sarracenos qui eorum caſtra obſederant, & victi ſunt ab ipſis. Ibidem captus eſt Galterus cambellanus & Milo electus Belvacenſis, & multi alij chriſtiani.

Eodem anno, in hyeme, Herveus de Leone, vir inter Britones armis & divitiis potens, cum eſſet in obſequio ſancte Crucis apud Acharon, mortuo ibidem Morvano vicecomite Fagi, ſororio eius, cupiditate terre eiuſdem occupande ductus, contra ſalutem ſuam & prohibitionem patriarche Hieroſolymitani & chriſtianorum qui ibidem erant, iter iterum arripuit in patriam redeundi : cuius occaſione multi alij qui

valde esse succursui sancte Terre necessarij potuissent, iter similiter arripuerunt cum eodem, numero sexdecim millia. Qui omnes cum iam essent prope terram in littus iuxta Brundusium, nec distarent a terra quantum arcus tribus iactibus emittere potest, subita & inaudita tempestate exorta, vespere & nocte tota & sequente die usque in vesperum laborantes, navibus demum fractis septem numero, omnes perierunt naufragio, paucis, circiter... octoginta, evadentibus, tabulis & aliis navium fragminibus adherentes. Ita qui cupiditate terre occupande Dei servitium intermisit, iusto Dei iudicio terra caruit & honore sepulcri, anno Domini MCCXIX.

1222 Anno ab incarnatione Domini MCCXXII cum christiani tenuissent Damietam per duos annos, preerat eis Pelagius Romane ecclesie cardinalis, ex parte Romani Pontificis legati fungens officio, & pecuniam publicam, que per universum mundum ab ecclesiasticis viris nomine vicesime, & aliis modis minus rectis, tam a clero quam populo fuerat extorta, pro voluntate sua quibus volebat dispensans: qui cum esset Hispanus genere, Francigenis minus quam quod deberet, donabat. Hic persuasit, immo coegit christianos, ut castra moventes irent & Taphnida obsiderent. Quod cum dissuaderetur ei a Iohanne rege Ierosolymitano, christianissimo & in bello fortissimo, & ab aliis qui periti erant in usu armorum, ipse potestate sibi tradita excommunicavit omnes qui ei contradicerent in hoc facto, & etiam omnes qui eius proposito contrairent, aut eius voluntati in aliquo dissentirent: unde ipsi propter Deum obsedientes eidem, & scienter manum in ignem mittentes, perrexerunt cum eo. Soldanus autem congregavit exercitum. Erat autem septimus annus quo Nilus solet excrescere: qui cum excrevisset, vallibus & terris inferioribus iam stagnantibus christianorum exercitus non potuit aut ultra progredi, aut Damietam redire, nec aliqua de parte poterant eis victualia provenire. Unde necessitate compulsi, & rex & cardinalis & omnes alij se dediderunt soldano, & reddiderunt ei Damietam pro redemptione corporum suorum, & ita apparuit manifeste quod coacta servitia & pecunia extorta nunquam placent Deo.

65. BERNARDUS ITERIUS († 1225),

Chronicon S. Martialis.

[*Chroniques de Limoges*, éd. Duplès-Agier. P., 1874, in-8.]

*

p. 106 1220. Mortuo Hugone Lo Bru apud Damiatam, Hugo 1220
Lo Bru iunior, filius eiuſdem, fit comes de la Marche.

66. ROBERTUS ABOLANT,

Chronologia Autiſſiodorenſis (— 1228).

[*Rec. des hiſt. de la France*, XVIII.]

*

p. 283 Eodem anno, Robertus, S. Stephani in Monte Celio preſ- 1215
byter cardinalis, cum iam fere per biennium ob negotium Crucis Franciam peragraſſet, & propter temeritatem ſuam omnibus ſe feciſſet exoſum, tandem concilium apud Bituricas convocavit. Tunc epiſcopi Francie appellarunt, viri improbi impetum formidantes, quem poſtea Rome in generali concilio vehementiſſime reddidere confuſum, adeo quod dominus papa multiplices dicti cardinalis exceſſus a prelatis Francie ſibi petiit relaxari.

[*Infra ſequitur pro maxima parte Oliverii* Hiſtoriam Damiatinam*; tum pergit auctor :*]

p. 286 Eodem anno, de diverſis mundi partibus, tam epiſcopi 1218
quam barones, militum & vulgarium numerus infinitus, cruceſignati, Ieroſolymitanum iter arripiunt.

Herveus comes Nivernenſis, mare tranſito cum multo nobilium comitatu circa feſtum apoſtolorum Simonis & Iude, Oct. 28
applicat Damietam. Eſt autem Damieta civitas ſecus ripam Nili, ſitu valde commodo poſita, & inter metropoles Egypti

nobilis plurimum & antiqua. Sane Iohannes rex Hierusalem vir potens & strenuus, ac fidelis dux Austrie, ad hanc singu-
Mai. lariter oppugnandam cum valido exercitu mense maio accesserant, ceteris paganorum urbibus pretermissis. Dicebant enim omnes ex sententia, quod, si dicta civitas capi posset, facilis foret totius Terre Sancte subiecto. Deo autem favente, res eo usque devenerat, quod nostri, licet cum nimio labore nec sine strage multorum, turrem iam ceperant in alveo fluminis sitam, erectam singulariter, & ad sui presidium quibusque necessariis sufficienter munitam. Porro, quia multi de populo placuerunt Domino, premisso triduano ieiunio, quod clerus in pane & aqua servavit, & multis processionibus factis, tentari meruerunt.

Nov. 29 Nam in vigilia sancti Andree apostoli, intumerunt fluctus maris, cres- Oliv., *Hist.*
centes & excursus facientes usque ad castra fidelium; ab alia parte fluvius c. 11, p. 1
inundans, illos occupavit incautos; unde navium & victualium damna non modica pertulerunt. Duravit autem hec tempestas per triduum continuum. Invasit preterea dolor repentinus quorumdam pedes & crura, & coniunctim caro corrupta gingivas & dentes obduxit, masticandi potentiam auferens; tibias horribilis nigredo fuscavit: & sic longo tractu doloris afflicti, cum multa
1219 patientia migraverunt ad Dominum. Plurimi siquidem, usque ad tempus vernale durantes, beneficio caloris evaserunt illesi. Sane, in festo sancte
Febr. 5 Agathe virginis, Pater misericordiarum & Deus totius consolationis nos- Oliv., p. 14
tris in obsidione positis conferre dignatus est victoriam gloriosam. Cum enim parati essent nostri ut fluvium transirent causa obsidendi undique civitatem, Soldanus & sui qui cum multo exercitu supra marginem fluvij fixerant castra sua, divino terrore perterriti, ante lucis auroram in fugam conversi sunt, castra sua relinquentes; quod quidam apostata, qui cum Soldano diu militaverat, nostris insinuavit. Summo igitur diluculo, cum inchoatum esset officium diei festi per oratoria christianorum, *Gaudeamus omnes in Domino*, gaudio plenum a Domino factum miraculum regi,
legato & aliis nunciatur. Itaque, fugientibus Egyptiis, nostri certatim & Oliv., p. 14
alacriter fluvium transeunt, nemine resistente; castra fugientium occupant, spolia eorum diripientes. Nocte sequenti multi bellatores, territi propter inopinatum transitum, fugierunt de Damieta, & sic per gyrum in crastino a nostris firmiter est obsessa.

Mart. 31 Eodem anno, in die Palmarum, Sarraceni, collecto terribili & innume- Oliv., p. 14
rabili exercitu, irruunt super nostros; prelioque commisso, ceciderunt hinc p. 287
inde mortui & vulnerati multi: tandem fatigati retraxerunt se hostes cum maximo damno.

Per idem tempus, regina civitatum Ierosolyma, que videbatur inex- Oliv., p. 14
pugnabiliter munita, destructa est a Coradino filio Sefadini; foris & intus muri eius cum turribus redacti sunt in acervum lapidum, preter templum

Domini & turrim David. De fepulcro autem gloriofo deftruendo confilium habuerunt Sarraceni; fed huic temeritati nemo prefumfit manum apponere propter reverentiam loci. Sicut enim in Alcorano, libro legis eorum, fcriptum habent, credunt, Dominum Iefum Chriftum de Maria virgine conceptum & natum fine peccato vixiffe prophetam & plufquam prophetam; dicitur leprofos curaffe, cecos illuminaffe ac mortuos fufcitaffe, & eum ad celos afcendiffe firmiter affeverant. Unde, quando tempore treugarum fapientes ipforum Ierofolymam afcendebant, codices *Evangeliorum* fibi exhiberi poftulabant & ofculabantur & venerabantur, propter munditiam legis quam Chriftus docuit, & maxime propter *Evangelium* Luce (1, 26): « Miffus eft Gabriel angelus, » quod literati inter eos fepe repetunt & retractant. Lex autem eorum, quam, diabolo dictante, minifterio Selgi monachi & apoftate ac heretici, Mahumetus Sarracenis dedit arabice fcriptam, a gladio cepit, per gladium tenetur, & in gladio terminabitur.....

Eodem anno, menfe augufto, Herveus comes Nivernenfis[a] a partibus rediit tranfmarinis. Aug.

Oliv., p. 1407 Noftri vero, in obfidione Damiete pofiti, tota eftate captioni civitatis per ingeniorum erectionem & frequentem per terram & aquam infultum vacaverunt; & cum predictis noftri operam darent, Sarraceni, agminibus
Oliv., p. 1411 factis & bellis ordinatis, in manu potenti eos impugnabant, & ita violenter quod femel eorum licias intraverunt, quos militia Templi, que in toto negotio Damiete fidelis dignofcitur exftitiffe, non potenter eiecit[b]: a propofito etiam quod quandoque proximum fuit effectui, noftros Sarra-
Oliv., p. 1412 ceni revocabant. Confiderato itaque quod fine bello effet difficile tantum opus perficere, de communi confilio maiorum & minorum, cum navali & terreftri exercitu equitum & peditum, die Decollationis fancti Iohannis-Baptifte, noftri exeunt ad pugnandum contra Soldanum; verum, quia, Aug. 29
tamquam nihil timentes, fed in fortitudine fua confidentes, non propofuerunt Deum ante confpectum fuum, nec cum lacrymis & devotione, fed cum pompa & elatione, multi etiam propter lucrum & commodum temporale, id agere prefumpferunt, propterea traditi funt in manus gentium, & dominati funt eorum qui oderunt eos. Nam Sarraceni, qui prius fugiendo cefferant, videntes quofdam ex noftris, Romanos videlicet, eftum folis ferre non valentes, terga vertere & mirum in modum non fugatos fugere, ftatim illos perfequendo fubfequuntur, &, facto hinc inde congreffu, multi de noftris cadunt, non tamen fine damno precipue militie
Oliv., p 1413 inimicorum. Tunc ex noftris capti fuerunt viri nobiles, electus Belvacenfis, Galterus camerarius regis Francie, & quidam alij de Francia potentes ac titulis militie gloriofi. Die illa Iohannes rex Hierufalem viriliter fe habuit; erat enim armis ftrenuus, fide devotus, prudentia clarus; in toto Damiete negotio fideliffimum fe exhibens fervum Chrifti, quem

a. *In* Chronico Turonenfi *additur:* cum uxore fua. — b. *Ibidem:* fed milites Templi eos inde viriliter & celeriter eiecerunt.

Dominus illa die de manibus inimicorum crucis eripuit, igne tamen greco fere combustus fuit. Militia autem Templi, que prima fuit in congressu, ultima fuit in regressu. Sic nostrorum superbiam Dominus oppressit.

Preterea, nostris invitis & ignorantibus, quandoque ex parte terre, quandoque sub aquis per fluvium, multi civitatem ingredientes, non modicum his qui in civitate erant conferebant solatium. Nostri vero, rete magnum ex transverso fluminis protendentes, facti *piscatores hominum* (Matth. IV, 19), transeuntes Sarracenos capiebant. Iam vero, omnibus fere attentatis, quid amplius nostri facerent, vi excogitare valebant; longe enim fortior erat civitas tunc quam in principio obsidionis. Dominus autem victoriam sibi soli reservabat, meritum autem nostrorum laboribus non negabat. Iacobi Vitr. Ep. IV, p. 31 p. 288

Nostrorum autem exercitum circa Damietam in tribulatione positum post miserabilem iacturam quam in die Decollationis sancti Iohannis-Baptiste receperant, Dominus, qui non obliviscitur misereri, nec continet in ira misericordias suas, qui etiam in tribulatione peccata dimittit, dignatus est consolari, luctum eorum convertens in gaudium, & merorem in letitiam. Nam cum pluries eos impugnassent Sarraceni & nihil profecissent, ad solita sue pravitatis arma recurrentes, verbis fictis & fallacibus nostros decipere tentaverunt. Nam Soldanus Babylonis, ob amorem Damiete retinende, hanc formam pacis nostris obtulit, ut crucem sanctam cum civitate & omnibus captivis qui per regnum Babylonis & Damasci possent vivi reperiri, sumptus etiam ad reparandos muros Hierusalem redderet, & regnum Hierusalem totaliter restitueret preter Cracum & Montem regalem, que sunt duo castra civitati Hierusalem vicina, septem munitiones firmissimas habentia, per que negociatores Sarracenorum & peregrini ipsorum Mecham tendentes vel ab ea revertentes transire solent. Hanc compositionem cum quidam acceptarent, & alij renuerent, legatus cum patriarcha, archiepiscopis, episcopis & omnibus Italie capitaneis, huic tractatui se opposuit, rationabiliter ostendens ante omnia Damietam fore capiendam; crucem vero sanctam nullo modo eos nostri credebant habere, cum Saladinus & alij Sarraceni, recuperata a nostris Accon civitate, quesiissent eam diligentissime, ut captivos suos liberarent, & non potuerunt invenire. Oliv., p. 141 Oliv., p. 142

Videns igitur Soldanus in laqueo quem nostris tetendit se non posse proficere, novos in civitate clanculo misit pugnatores, ex quibus nonnulli a nostris capti sunt & occisi. Proxima igitur secunda feria post festum Oliv., p. 143
Nov. 4 omnium Sanctorum, de consilio Spiritus Sancti & solertia legati, media nocte ad quamdam portam civitatis missi sunt viri strenui, ut de gestu inclusorum explorarent; & cum neminem vigilem comperissent, scalis appositis muros ascendentes, portas succenderunt; & quia paucos invenerunt resistentes, impune civitatem occupaverunt. Sic Dominus, miraculose nostris tradens civitatem, gloriam suam alteri non dedit; quosdam ex nostris qui propriam gloriam querebant, & ideo contensiose inter se agebant super spoliis & participatione civitatis, hac gloria more suo privavit.

Capta eft igitur Damieta nonis novembris abfque deditione, fine defen- Nov. 5
fione, fine violenta depredatione, in oculis regis Babylonis, qui more folito non fuit aufus Chrifti milites per foffatum aggredi, ut foli Deo afcribatur evidenter victoria; & ut manifefto divini favoris noftri letarentur & confortarentur iudicio, cum timerent, ne, ipfis intrantibus civitatem, circumftans Sarracenorum exercitus caftra invaderet, eorumdem fluvius divino nutu fubito adeo inundavit, ut inacceffibilia reddiderit caftra ipfa, & manifefte patuerit quod pro chrifticolis contra infenfatos ipfa elementa pugnabant.

Olfr., p. 1418 Videns autem Soldanus captam effe Damietam, ingenti terrore concuffus, cum dolore nimio & merore fugiens, caftra fua combuffit. Ingre-
p. 289 dientibus autem noftris portas Damiete occurrit fetor intolerabilis, afpectus miferabilis; mortui vivos interfecerunt; vir & uxor, pater & filius, dominus & fervus, fe mutuis fetoribus interemerunt; infantes, ad ubera matrum pendentes, inter amplexus morientium ofcitabant; delicati divites inter acervos tritici perierunt. Plurimi autem ex illis, aorifia percuffi, apertis oculis nihil videre dicebantur. Dominus enim evaginaverat gladium fuum poft eos, & interfecerat eos manus eius, adeo quod a tempore quo perfecta eft obfidio, infra novem menfes, feptuaginta millia Sarracenorum perierunt in civitate, exceptis tribus millibus quos vivos repererunt, inter quos vix centum fani remanferant qui poffent defendere civitatem, ex quibus quadringentos nobiliores & ditiores utriufque fexus ad redemptionem captivorum fuorum refervaverunt, alios vero chriftianis
Olfr., p. 1416 vendiderunt, exceptis parvulis quos Acconenfis epifcopus baptizavit, quos etiam propriis expenfis fecit refervari.

Olfr., p. 1419 Facta eft autem divifio civitatis & rerum in ea inventarum unicuique, fecundum quod eum decebat, iuxta providentiam & fapientiam difcretorum de communi confilio ad hoc electorum. Inventa autem funt in civitate victualia, aurum, argentum, panni ferici, veftes pretiofe, & alia multa fupellectilia, in abundantia. De confenfu peregrinorum, legatus dominium civitatis cum eius pertinentiis ad ampliationem regni Ierofolymitani regi Hierufalem contulit in perpetuum poffidendum. Hec civitas
Olfr., p. 1415 a Latinis & Grecis primo fuit obfeffa, qui ab ea defecerunt; deinde a Latinis fub Amaurico rege Hierufalem, qui non profecerunt. Hec triplici eft cincta muro, turribus lateritiis multis & magnis firmiffime firmata, clavis & antemurale Egypti.

Olfr., p. 1420 Non folum autem illam, fed & civitatem Thaneos cum caftro adiacente, octo turres inexpugnabiles habente, non minori, ut dicitur, miraculo in fefto fancti Clementis Dominus noftris fubiecit. Nam miffi funt explora- 23 Nov.
tores in naviculis per ftagnum quod a Damieta protenditur ufque ad memoratum caftrum, ut ftatum loci diligenter explorarent. Qui prope caftrum accedentes, cum nullos in eius turribus & muris defenfores viderent, ipfum caftrum intraverunt, neminem intus reperientes. Habitatores eius, audita captione Damiete, nimio terrore percuffi fugerunt, relicto

fortiori castro de toto mundo. Distat autem a Damieta per unam dietam.

1220 Purgata autem civitate Damieta, legatus & patriarcha, cum clero & populo, accensis candelis & luminaribus, cum hymnis & canticis, die Purificationis beate Marie processionaliter ingressi sunt civitatem. Fecerat autem legatus maximam preparari basilicam, quam in honore beate Marie Virginis consecravit, in qua eadem die missarum solemnia cum lacrymis & magna devotione populi celebravit, in qua etiam sedem episcopalem instituit. . . . . Oliv., p. 1
Febr. 2

Hoc anno, apud Damietam inter Iohannem regem Hierusalem & legatum orta est dissensio pro eo quod legatus universi exercitus dominium usurpabat, ad hoc, ut dicebatur, laborans ut totum Damiete negotium per eum videretur esse factum, & ob hoc rex a Damieta ad tempus discessit. Oliv., p. 1 p. 301

67. Canonicus Turonensis,

Chronicon Turonense (— 1227).

[*Rec. des hist. de la France*, XVIII.]

*

1221 Anno MCCXXI, cum Pelagius, sedis apostolice legatus, populum Dei innumerabilem apud Damietam diu nihil proficere conspexisset, cordisque affectu dilatare imperium christiani nominis anhelaret, excogitare cepit, utrum eos duceret ad urbem Alexandrie debellandam, an in partes Babylonie ascenderet contra flumen, auditoque quod esset Casale super ripam fluminis, divitiis & edificiis premunitum, distans a Babylone .xxiij. stadiis, & totidem a Damieta, ubi Nilus fluvius tripartitus tria ingentia flumina de se facit, quorum primum Alexandriam tendit, secundum Damietam, tertium in campos Taphneos dignoscitur defluisse, ubi etiam Sarraceni pontem navium fabricaverant, & ob hoc Casale-pons ab omnibus vocabatur, ad illud obsidendum & debellandum Pelagius omnimodi legatus suspirabat. Movebat eum precipue liber quidam ab ipso inter manubias hostium repertus, in quo continebatur quod lex Machometi sexcentis annis tantummodo duraret, menseque iunio expiraret, & quod de Hispaniis veniret qui eam penitus aboleret; & ideo legatus, qui de Hispanio natus erat, illum librum verissimum estima- p. 290

p. 300 bat. Ex alia parte, Acconensis episcopus publice predicabat, quod David rex utriusque Indie ad christianorum auxilium festinabat, adducens secum ferocissimos populos, qui more belluino Sarracenos sacrilegos devorarent. Cumque legatus videret se dictum negotium sine Iohannis regis Ierosolymitani presentia minime adimplere, legatos ad ipsum dirigit, mandans & deprecans ut, compatiendo agminibus christianis, ecclesie Romane se filium demonstraret, & ad Damiete urbem quantocius repedaret. Cuius precibus rex libenti animo acquiescens, protinus repedavit; cognitaque voluntate Pelagij, dictum cepit dissuadere negotium, asserens populo Dei ibi incluso per terram sive per aquam posse nullatenus subveniri. Quod moleste ferens Pelagius, excommunicabat generaliter omnes illius negotij perturbatores. Videns autem rex animum Pelagij non posse a proposito removeri, invitus promittit se cum eo illico profecturum, eligens potius affligi cum christiano populo, vel subiendo martyrium, quam eum sine rectore relinquere, vel in volutabro voluptatum secularium remanere.

In festo autem apostolorum Petri & Pauli, precepit rex & Iun. 29 legatus ut omnes accincti armis bellicis de civitate exirent, & secum usque ad duos menses victualia deportarent. Die igitur assignata, christianus exercitus, spe mercedis & corone iter accipiens, a finibus Damiete caute & ordinate progreditur, multitudine navium per alveum fluminis arma eorum necnon & victualia deferente. Multi autem eorum, timentes quod humiditas littoris aut terre eos lederet dormientes, lectos ligneos & alios propriis humeris deferebant; sed ardor solis, & labor itineris, & frequentes incursus hostium, compulerunt eos illud onus relinquere ad duo milliaria Damiete. Sexdecim autem stadiis in longum, & octo in latum extendebatur stolus exercitus christiani. Rex autem impetraverat quod omnes congregatim, denso agmine, gressu parvissimo & sine vocis strepitu incedentes, Parthos fugientes nullatenus insectarent, & sic die ac nocte non cessabant inimici Crucis crucesignatos christicolas iaculorum & sagittarum grandine impugnare. Tandem preeuntes exercitum nostrum & ad pontem venientes, infra casale se receperunt, casale & pontis aditus armatorum multitudine munientes. Nostri vero in planitie littoris tentoria posuerunt, castraque sua palo & fossatis, a parte hostium, vallaverunt. Et sic tota regione clangore tubarum & armorum sonitu utriusque exercitus, clypeo-

rumque & galearum diversis coloribus resplendente, gaudebat Romanorum superba nobilitas, Hispanorum & Gasconum non cessabat faceta garrulitas, nec Teutonum cervicosa furiositas; sed singularis militie Francorum humilitas, morum & armorum titulis insignita, cum rege Ierosolymitano & Hospitalis & Templi militia, a clamorum strepitu & laudum iactantia se continebat, & Christi exercitum a parte Sarracenorum ambiens, assiduos assultus hostium sustinebat. Porro Pisani, Veneti, Ianuenses, Siculi, Appuli, Africani, fuerant littoris & navium custodie deputati. Erat autem numerus christiani exercitus fere .lxx. millia preter vulgus. Ad succurrendum enim Soldano Babylonie venerant innumeri Sarraceni, quorum Soldanus videns multitudinem, & audacie nostrorum sentiens magnitudinem, habito consilio, cum nostris noluit amplius dimicare, sed statim precepit viarum aditus custodiri, ne ad Christi exercitum possent vel succursus gentium vel victualia pervenire; sperans, hac arte execrabili sine suorum lesione, populum Domini deperire.

Tandem peccatis nostris exigentibus, cibisque deficientibus, & horrenda fames christianorum exercitum profligavit, & Nilus fluvius inundans, more solito, totam terram, in qua erat noster exercitus, occupavit. Sic enim & populus Dei vires inedia deperdebat, & usque ad cavillas pedum in ceno aquarum palustrium residebat, ut merito posset dicere cum propheta: « *Infixus sum in limo profundi, & non est substantia* » (Ps. LXIII, 3). *Ibi erat fletus & stridor dentium* (Matth. VIII, 2), ibi gemitus languentium, ibi ululatus plangentium, ibi clamor morientium, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam: « *Foris vastavit eos gladius, & intus pavor* » (Deut. XXXII, 25). Quod videntes aliqui sacerdotum Domini, petita licentia a legato, fere trecenti absque reliquo clero naves ascenderunt, versus Damietam quam citius navigantes; sed, a Sarracenis, excepto uno, comprehensi, palmam martyrij sunt adepti, & sic Dominus a suo sanctuario inchoavit. Videntes itaque christiani, se panis penuria & aquarum diluvio naufragari, habito diligenti consilio, versus Damietam iter arripiunt, intempeste noctis silentio castra sua vacua relinquentes; sed Teutones furibundi sua tentoria cremaverunt: quorum ignem p. 302
videntes Egyptij, nostrorum fugam protinus cognoverunt. Nec mora, christicolas noctis cece tenebris per devia gradientes velociter insequuntur, eosque usque ad duo pontis

milliaria fugientes, & usque ad genua in aquarum paludibus existentes, magno impetu prosequuntur. Nostri vero, longo labore itineris & ieiunio fatigati, ibi immobiles exstiterunt, Domini misericordiam implorantes; & etiam cum ultra incedere non valerent, incessantes insultus hostium humiliter pertulerunt, ab eis mortem solummodo prestolantes. Sed ille qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat, in cuius manu corda regum sunt posita, & eos presenti morte eripuit, & in eis cor regis Egypti ad misericordiam emollivit: nam Soldanus Babylonie, motus quadam misericordia naturali, eis a vinculis & a morte pepercit, & victus necessaria ministravit. Denique, post multas pacis promissiones ab utraque parte propositas, intervenit compositio in hunc modum, quod christiani Damiatam Sarracenis redderent, & Sarraceni, treuga firmata usque ad octo annos, partem ligni Crucis Domini, quam Soldanus a Ierosolymis asportarat, christianis restituerent, & eis dato conductu, utrique utriusque populi captivos penitus liberarent. Quo ab utraque parte concesso, rumor, qui clam nihil agere consuevit, apud Damietam protinus evolavit, universasque & singulos, audita fama infortunij, consternavit. Porro, quibusdam volentibus reddere civitatem, quibusdam nolentibus, orta est dissensio inter eos. Nam Veneti, Pisani, Ianuenses & Siculi, cum omnibus de imperio nobilibus, civitatem defendere conabantur; & ex alia parte Greci, Syrij, Armenij, cum Hospitalis & Templi militibus & Hamerico vicecomite Toarcij, & aliis nobilibus Francie, qui in urbe remanserant, eam reddere minabantur; & ita Veneti & alij supradicti palatia regis, Templi & Hospitalis obsident, & ea diversis machinis impugnantes, in crastino beati Egidij in suam redigunt potestatem. Cumque sic a Septemb. 2
gente imperij tota civitas teneretur, nostri, qui quasi capti remanserant, apud Damietam nuncios miserunt, mandantes quod, nisi civitas Damiate Egyptiis redderetur, loco eius Acconensem eis redderent civitatem. Quo audito, convenit civitas universa in ecclesia beate Virginis, ut deliberarent, quid super hoc sit agendum. Videntes itaque sibi alimenta deficere, & quod, imminente hyeme, non poterat eis aliquatenus subveniri, maiusque damnum Acconensem urbem perdendo quam Damietam taliter retinendo [emergere], habito peritorum consilio, civitatem Egyptiis unanimiter reddere decreverunt.

Exiit ergo edictum ut postera die, scilicet in vigilia Nativitatis beate Marie, universi & singuli de urbe exirent, &, sua secum portantes, in arena fluminis sua tentoria collocarent. Quo audito, clamor ad celum attollitur, & ab utroque sexu inauditus luctus, ululatus & gemitus civitatem occupans pervagatur. Videres clericos & fideles cum lacrymis ecclesias subintrantes, aras consecratas & Sanctorum imagines evertentes, ne Sarraceni eis illuderent, vel Sanctorum loca polluerent, vel christicolas aliquatenus invaderent. Sic igitur in vigilia beate Marie Virginis de civitate cum luctu & lacrymis exierunt, & super ripam fluminis sua tentoria posuerunt, ut merito dicere possent cum propheta: « *Super flumina Babylonis illic sedimus, & flevimus cum recordaremur Sion* » (*Ps.* cxxxvi, 1). Cumque ibi de captivitate adducti essent innumeri, tantusque christianorum numerus excrevisset, quod ad eorum evectionem naves non sufficerent, regem Babylonis humiliter petierunt, ut pauperes christianos, dato conductu, ducere faceret in Palestinam: qui petitionibus eorum libenter annuens, dato etiam filio suo obside, fere lxx millia eorum usque Ptolemaïdem per deserta conduci fecit: aliisque qui per mare vel per desertum res suas ad presens non poterant reportare, ad illas vehendas unius anni spatium perdonavit; & sic in die Nativitatis beate Marie virginis Sarraceni Damietam intrantes, diem illum & noctem, accenso igne & luminaribus, & infinitis muricis resonantibus, cum inaudita letitia vigilem deduxerunt; christiani vero, e contrario dolentes & flentes, sub silentio naves, post tertium diem, ascenderunt, & ita a Damieta recedentes, in Syriam pervenerunt.

Septemb. 7 / Septemb. 8 (marginal notes)

68. ANONYMUS LAUDUNENSIS,

Chronicon (— 1229).

[*Recueil des hist. de la Fr.*, XVIII.]

*

1214 Hoc tempore magister Robertus de Corzon, presbyter cardinalis Sancti-Stephani in monte Celio, missus est a Papa Innocentio pro subsidio Terre Sancte predicare per regnum p. 718

Francorum. Hic, habitis conciliis, multa contra dignitatem prelatorum & consuetudines capitalium ecclesiarum attentavit. Tandem apud Bituricas cum se sensissent gravari, interposuerunt appellationem, & sic statuta cum concilio quod ibidem celebrare ordinaverat, irritaverunt. Multi etiam alij, a domino Papa ad alias nationes missi ad predicandum pro subventione Terre Sancte, multos sancte crucis charactere munierunt, inter quos erant precipui rex Hungarie, dux Istrie, Willelmus Hollandie, Albericus presul Remensis, Walterus dominus de Avennis.

..... Ad huc illo anno currente MCCXIV, in capite
ieiunij, iv nonas martij, Iohannes rex Anglie exemplum pre- Mart. 4
decessorum suorum regum, Henrici scilicet patris & Richardi fratris secutus, profecturus in subsidium Terre Sancte crucem accepit. Sed non licuit diu tam utili vacare proposito: nam
mox post pascha, proceres regni sui in eum insurgentes, favente Mart. 30
illis manu rusticana, grave dispendium regno paraverunt.

.....Fredericus Apulus, Aquisgranum revertens, unde cum 1215
dedecore necdum finito anno recesserat, sine multa difficultate castrum, obtinuit ubi viij kal. augusti in regem Ger- Iul. 25
manorum sublimatus, mox de honore percepto Deo gratias solvens, pro subventione Terre Sancte signum crucis assumpsit, cum aliis profecturus.

69. *Auctarium Mortui Maris ad Sigebertum Gemblacensem* (— 1234).

[*Mon. Germ.*, *SS.*, VI.]

*

p. 467 ..... Legatus Romanus, Gallie fines ingressus, copiosam 1214
multitudinem in crucifixi nomine cruce signavit; cuius multitudinis numerum solius Dei scientia colligit.

p. 468 ..... Capta est a christianis Damiata urbs Egypti fortis- 1219
sima, sed in brevi iterum a Sarracenis recuperata. Conclu-
serunt enim Sarraceni christianorum exercitum cum rege 1222
ceterisque nobilibus christianis, & non invento aditu evadendi alio, Damietam pro sua liberatione christiani dederunt Sarra-

cenis, qui etiam Sarraceni crucis ſanćte partem, quam triginta quinque ferme annis tenuerant, cum captivis omnibus chriſtianis, pro eiuſdem Damiete recuperatione reddiderunt chriſtianis.

70. ALBERICUS, TRIUM FONTIUM monachus,

Chronicon (— 1241).

[*Mon. Germ.*, *SS.*, XXIII.]

*

1217 Expeditio cruce ſignatorum, qui per papam Innocentium III fuerant incitati, que inter generales expeditiones contra Sarracenos ſexta dici poterit, ita cepit, quod quidam principes moverunt hoc anno, quidam in anno ſequenti, quidam etiam in ſubſequenti. Rex igitur Andreas Ungarie, Leopoldus dux Auſtrie, Otto dux Meranie & multi comites de Ungaria & epiſcopi nonnulli per mare Adriaticum iter ſuum aggrediuntur. Archiepiſcopus Albricus Remenſis & quidam alij moverunt de Francia. Guillelmus autem comes de Hollandia & Georgius comes de Weda cum ſibi adiunćtis per mare Anglicum Hiſpanias penetraverunt. Quibus apud Ulixibonam Sarracenos, qui advenerant, in diſtrićtis locis obſidentibus accurrerunt ex improviſo, ordinante Deo, fratres militie de Calatrave & fratres militie ordinis de Spata & tanta cede in Sarracenos debachati ſunt, quod, Deo dante vićtoriam, 46000 ceſa fuerunt. Magiſter vero Iacobus Aconenſis epiſcopus de duce Auſtrie & de aliis, qui tranſierant, mare, ſcribit ita: p. 906
Poſtquam a Ceſarea receſſimus, in via que ducit Ieruſalem munitionem *Epiſt.* Iacobi
ereximus &c. Uſque: Soldanus quoque pre dolore turris mortuus eſt. p. 289. Pſeu
Huc uſque magiſter Iacobus. Sequitur ex alia relatione: Soldanus Iac. *Hiſt.* or
III, p. 1125
iſte mortuus hic ipſe erat Saffadinus, frater Salahadini, qui filios fratris ſui Salahadini vel interfecit vel exheredavit preter Sanguinum, qui Halapiam tenuit & qui regnum Damaſci reclamabat. Soldanus autem de Yconio, qui tenuit totam Turkiam inter Armenios & Giorgianos non fuit de iſtorum genealogia. De 15 vero filiis dićti Saffadini talis habetur narratio: Primus, Meſſadinus nomine, tenet Kayrum, Babiloniam & Damietam & totam terram Egypti a meridie, & debet eſſe dominus omnium fratrum ſuorum. Secundus Coradinus tenet Damaſcum & Ieruſalem & totam ter-

ram promiffionis. Tertius Melchifais tenet Camalam, que eft inter Tripolim & Laodiciam & Antiochiam. Quartus Melcamoden tenet Haman & terras verfus Mefopotamiam. Quintus Melchifenefaft tenet Saco, ubi Cain occidit Abel, & civitatem que dicitur Malbers. Sextus Melchinoor tenet quafdam provincias in regno de Baldach, ubi eft apoftolicus eorum. Septimus Balafas fine terra ferebat vexillum patris, & quilibet fratrum fuorum mittebat ei per annum unum equum optimum & 1000 bifantios. De aliis octo dicitur quod duo cuftodiant cum quinque chriftianis Syris fepulchrum Domini, & valet eis per annum 20000 bifantios, quatuor tenent tributum aque de Sizalis, que rorat femel Egyptum in aprili, & valet cuilibet 10000 bifantios, alij duo tenent offerendam ad fepulchrum Mahumeti apud Meccam, & valet eis per annum 30000 bizan-
p. 907 tios. Et de iftis hucufque. Archiepifcopus Remenfis Albricus, in revertendo de tranfmarinis partibus apud Papiam moritur & in ecclefia beati Auguftini fepelitur.

Apud Arcam moritur epifcopus Lemovicenfis Iohannes, qui prefuerat annis plufquam.

De Frifonibus autem, de quibus in fuperiori pagina continetur, in captione turris ante Damietam cum multi repatriaffent, eodem menfe vel eadem ebdomada, qua domum reverfi funt, impetu maris inundantis, ficut Dominus previderat, mortui funt. Siquidem hoc anno in partibus Frifie terminos fuos mare egrediens, multarum provinciarum terras occupavit, villas delevit, ecclefias lapideas deiecit, tantam hominum extinguens multitudinem, ut fumma 100000 tranfcenderet. Ita exaltati funt fluctus eius, ut turrium altitudines operire viderentur, & procella procellam impellens generale diluvium terris minaretur, & ficut dictum eft abbati de valle fancti Petri, cum eodem anno vifitationis gratia Frifiam intraffet, quod fluctus etiam furentes ufque Coloniam perveniffent, fi non is, qui eos excitaverat, genetricis fue precibus compefcuiffet.

p. 908 Expeditionem autem crucefignatorum ad partes tranfma- 1218
rinas conduxerunt hoc anno archiepifcopus Mediolanenfis Henricus & Galtherus epifcopus Eduenfis, Petrus Parifienfis epifcopus cum fratre fuo Galthero regis camerario, Milo Belvacenfis electus cum Andrea fratre fuo, Herveius comes Nivernenfis, Hugo Brunus de Marcha Pictavie comes cum Herveio de Verzone, comes Milo de Barro fuper Sequanam cum filio fuo Galthero & cum Iohanne de Arceis, filiaftro fuo, Andreas de Effipiffia ex parte Odonis ducis Burgundie defuncti, Guido de Tilio, Pontius de Granceio, comes Renoldus de Ceftra in Anglia cum Sawarico de Malleone; fuerunt

etiam multi alij boni milites, qui omnes cum multis Romanis ante Damietam venerunt, quorum circiter 10000 Sarracenis congressi detrimentum passi sunt & afflictionem sustinuerunt, multis de ipsis & eorum collegio aut captis aut occisis aut
1219 per se mortuis. Capti fuerunt de nostratibus Iohannes de Arceis & Galtherus camerarius & Milo Belvacensis electus, & cum propter multiplicem sui defensionem nec per terram nec per aquam manifeste cepi posset civitas Damiata, sed iam quasi de occupatione desperaret exercitus christianus, tandem Deo propitiante non de virtute vel probitate alicuius viventis, sed solius Dei dextera pugnante mirabiliter pro nostris,
Nov. 8 capta est Damiata sexto idus Novemb. intempeste noctis silentio adeo miraculose, quod in ipsius captione nec unus de nostris extitit interfectus, nec etiam, quod minus est, leviter vulneratus, preter unum qui tanquam per flebotomum ictum sagitte recepit in pede. De Sarracenis vero tot ceciderunt ea die in ore gladij, quod nostris quoque displicuit. Maiores tamen admiraldi in muris & turribus & munitionibus capti, reservati sunt ad vitam, pro quibus captivos omnes non solum rehabere sperabant, sed etiam pecuniam infinitam. Inventa est civitas ipsa plena auro & argento & pannis sericis & lapidibus pretiosis, frumento & ordeo & aliis pluribus divitiis, quibus ditatus est exercitus christianus, spoliatis Egiptiis. Que, sicut captivi in ipsa reperti dicebant, munita extitit, quando obsessa fuit in gyrum, 45000 pugnatorum preter decrepitos, parvulos & mulieres, qui fuerunt 15000 estimati. Preter dictos vero ante captionem civitatis 240 de nocte civitatem intrarunt, a soldano missi, & 200, qui eadem nocte reperti fuerunt, a nostris interfecti sunt. Quos omnes communiter, sed diversimode in manibus fidelium suorum miraculose Dominus conclusit. Eadem vero ebdomada, qua capta fuerat Damieta, nondum ipsa ebdomada finita, captum est castrum fortissimum supra mare, quod fuit antiquitus civitas Thanis, & in Thanis secundum Ysidorum Pharao regnavit, & ibi Moyses signa fecit. In civitate quoque sancta Ierusalem Sarraceni muros destruxerunt, ex toto recedentes, ita quod a solis Surianis & aliis christicolis inhabitatur tempore aliquanto, nec tamen tutum erat, nostris eam sibi vendicare, cum non haberent manum ita validam, nec tantum populum, nec ita rebus necessariis munitum, ut ad singulos Sarracenorum impetus & cotidianos assultus possent sine muris resistere. Habet Damieta per circuitum duos muros, turres maiores 32 & parvas turres absque numero. De Damieta usque ad montem Synay 33 diete conputari dicuntur, & de monte Synay usque Ierusalem diete 23 sunt, item de Ierusalem usque Baldach 12 diete sunt, & inde quatuor usque Meckam; ultra Baldach ad 5 dietas nova Yconium, que est ad tres dietas de Mecca. Terra hec in hyeme est nimis frigida & in estate nimis calida. Super montem Synay ecclesia est sancte Katherine, quam honorant Sarraceni. Apud Kayrum, ubi sedes est regni Egypti, ubi sunt palme, & ibi est palma, que se inclinavit ad pedes beate Marie, frequenter fuit incisa, & semper recrevit, & modo Sarraceni eam valde honorant. Ibi prope sunt vinee

Epist. prim (Martène, *coll.*, V, 14

p. 908

Pseudo-Ia *Hist. orient.* p. 428.

balsami, & nusquam nisi ibi modo crescere dicitur, quia ibi est fons, ubi beata Maria lavabat pannos Iesu, & hunc fontem similiter Sarraceni honorant. De Kayro usque Alexandriam 3 diete per terram & 6 per aquam. Hoc flumen non est iuxta muros Alexandrie, sed aliquantulum longe, & est ibi farus, unde vident in mari naute ignem lucere de nocte, ut possint portum tenere. In Alexandria est ecclesia sancti Marci & sunt ibi multe ecclesie Surianorum & Iacobianorum.

p. 909

p. 911 *Annal. Dunst.* pp. 66-67.

Anno 1221. Hic scribit summus pontifex Honorius omnibus archiepiscopis Galliarum, cardinalem Pelagium scripsisse a partibus transmarinis, quod rex David, qui presbiter Iohannes appellatur, vir timens Deum, in manu potenti Persidem ingressus & soldano Persidis bello campestri devicto, terram eius per 24 dietas invadens & occupans, in ea tenet quamplures munitas civitates & castra; tantumque ab illa parte processit, ut nonnisi per 10 dietas distet exercitus eius a Baudas, maxima & famosa civitate, que calife, eius videlicet, quem Sarraceni suum sacerdotem appellant, sedes esse dicitur specialis. Cuius timore soldanus Halapie, cognatus soldanorum fratrum Damasci & Babilonie, vires suas, quas preparaverat contra christianum exercitum, qui Damiate consistit, compulsus est contra regem convertere memoratum; & quod idem legatus Pelagius misit nuncios suos in Avigniam, terram Georgianorum, qui sunt viri catholici & potentes in armis, rogans & obsecrans, ut & ipsi ex parte sua guerram moveant Sarracenis. In litteris etiam, quas miserunt Templarij legebatur, quod idem rex David in partibus Orientis iuxta Persidem quoddam regnum acquisivit, in quo sunt 300 civitates, exceptis castellis & casalibus, & aliud regnum, in quo sunt 300 circiter cum castellis, flumina 66 currentia, & quod exercitum suum in 40 partibus divisit, & qualibet parte 100000 pugnatorum constituit. 1221

Relatio de rege David, ed. Zarncke, pp. 53-57.

Anno 1220. Post captionem Damiate quedam inventa est prophetia in templo Sarracenorum litteris Chaldeis scripta, quam domnus Pelagius, Albanensis episcopus cardinalis & legatus in partibus illis, in Latinum fecit transferri, & misit Romam domno pape; quam quidam magister Iacobus constitutus a domno papa legatus Hibernie, a Roma detulit Claramvallem, tendens Hiberniam. In hac prophetia astronomica multa continebantur de hiis, que preterita sunt in terra promissionis, de Noradino, de Salahadino, de captione Ierusalem, de duobus regibus Philippo Francie, Richardo Anglie, qui Acram recuperaverunt, de subversione Ascalonis & de multis aliis, iam factis in terra promissionis, & quod anno 29 ab Acra recuperata capienda esset a christianis Damieta, & de Pelagio cardinali multa ibi notabantur, que forte aliter se habuerunt. Huius modi enim prophetia, licet in aliquibus verum dicat, in multis tamen decipit. Notabatur etiam in 1220

illa prophetia, quod a parte orientali debet venire quidam rex, qui vocabitur nomine David, & a parte occidentali debet venire alius rex, qui terram Sarracenorum uſque Ieruſalem deſtruet, & quod menſe Iulio debet fieri bellum apud Kayrum in Egypto inter Sarracenos & chriſtianos.

De Damiata inſuper perdita libentius vellem tacere, quam aliquid dicere, dum enim noſtri qui erant intus vellent ultra progredi & civitatem nove Babilonis acquirere, que eſt iuxta Kayrum, longius progreſſi a ſoldano concluſi ſunt ex inundatione Nili, ita quod omnes potuiſſet ſubmergere ſoldanus & interficere, ſi voluiſſet. Unde Damietam reddere conpulſi ſunt, & qualicunque conditione non cum ſuo honore, ſed cum honore ſoldani evaſerunt & quibuſdam captivis invicem redditis, tregas firmaverunt. Et hoc totum adſcribitur illi cardinali Pelagio, qui contra voluntatem & ſine conſilio regis Iohannis exercitum chriſtianum de Damieta exire conpulit, ut alias civitates acquirerent ſine providentia, cum illam, quam tenebant cuſtodire cum maxima cautela debuiſſent.

71. *Nota S. Arnulfi Mettenſis* (— 1243).

[*Mon. Germ.*, *SS.*, XXIV.]

*

1219 Damiata a chriſtianis capitur, & Ieruſalem a paganis obruitur, & civitas ab ipſis derelinquitur. p. 527


72. Vincentius Bellovacensis,

Memoriale (— 1244).

[*Acta SS. Boll.*, Iun., IV, p. 677, *cum cod. mſ. Bibl. nat. Pariſ., lat.* 4936, ſ. XIII, in-4, f. 43 *b collatum.*]

*

Inſuper cum idem reverendus Iacobus Crucem Hieroſolymitanam ob ſalutem multorum in Brabantia predicaret, contigit, ut pacificaturus quadam die mortales inimicitias



iniuriam paſſum primo ſuppliciter, deinde proſtratus pedibus eius ſemel, iterum, & tertio, cum multitudine populi preſente rogaret, nec proficeret in rebellem; qui denuo converſus ad populum dixit palam omnibus: « Conteſtor vos, « quia, qui ſpernit nos, ſpernit & eum, qui miſit nos. Rogate « ergo Dominum, ut tale ſignum oſtendat in hominem obſti« natum, quo cunctis preſentibus pateat, eum hoſtiliter contra « ſe in retentione odij adverſus proximum egiſſe. » Nec mora: ubi orationem vir ſanctus explevit, miſerandus ille everſis oculis, ſemel, iterum, & tertio in terram corruit; oreque cruorem ſpumans & ſaniem, horroris maximum ſpectaculum & piaculum omnibus prebuit. Tunc flente populo, reverendus vir fuſa prece proſtratum erexit; qui mox integerrime ſoſpitatus, ubi ante ſe inimicum vidit, quaſi aliquando amiciſſimum rogaturus, cum lacrymis veniam petiit; ruenſque in oſcula eius, ad lacrymas & laudem Chriſti omnium corda permovit.

[Pertz., *Mon. Germ.*, *SS.*, XXIV.]

p. 161 In anno ſequenti 1219 capta eſt urbs Damiata, & Hieruſalem chriſtianis in bona pace reddita eſt. 1219

73. Vincentius Bellovacensis,

Speculum hiſtoriale (— 1244), l. xxx.

[Ed. Duac., 1624, in-f.]

*

79. *De paſſagio generali peregrinorum tranſmarino, primo de eorum equitatu.*


p. 1260 Ex hiſtoria captionis Damiate. Anno gratie 1217, treuga chriſtianorum 1217
udo-Iac. & Saracenorum expirante in primo paſſagio generali poſt concilium La-
oriens, III, teranenſe congregatus eſt exercitus Domini in Achon copioſus cum tri-
1129. bus regibus, id eſt Hieruſalem & Hungarie & Cypri; affuit Dux Auſtrie



1217 & Bauarie, magnaque militia regni Teutonici, Archiepiscopus quoque Nichosiensis, & alij plures episcopi peregrini, & cum eis Dominus Galtherus de Auensis. Itaque patriarcha Hierosolymitanus cum magna humilitate cleri & populi tollens reverenter vivifice crucis lignum profectus est ad Achon in castra Domini, quod videlicet lignum post terre sancte perditionem ad hec tempora fuit reservatum. Imminente siquidem conflictu Saracenorum cum christianis tempore Salahadini crux secta fuit, cuius pars ad prelium delata ibidem est perdita, alia vero servata, que tunc exhibetur. Itaque cum tali vexillo aciebus ordinatis processimus per planum Fabe usque ad fontem Tubanie multum laborantes illo die, & premissis exploratoribus, videntes, ab adversariis pulverem concitari, utrum contra nos an fugiendo properarent, eramus incerti. Igitur sequenti die per montes Gelboe, quos habuimus ad dexteram, & paludem ad sinistram, profecti sumus Beniasam, ubi castra fixerat adversarius. Sed metuens tam ordinate procedentis & tam copiosi Dei viventis exercitus adventum, *Hist. orient* tentoria tollens, & fugiens terram vastandam Christi militibus dereliquit. 1130.
Nov. 9 Unde Iordanem transeuntes in vigilia sancti Martini corpora lavimus pacifice in eo, & quievimus per biduum ibidem, copiam victualium & pabuli reperientes. Deinde super littus maris Gallilee tres fecimus mansiones, peragrantes loca, in quibus mirabilia salvator noster operari dignatus, corporali penitentia cum hominibus conversatus est. Aspeximus Bethsaidam civitatem Andree & Petri, tunc ad casale modicum redactum; demonstrata sunt loca, ubi Christus discipulus vocavit, supra mare siccis pedibus ambulavit, turbas pavit in deserto, montem ascendit orare, & locus, ubi cum discipulis post resurrectionem manducavit: & sic per Capharnaum infirmos nostros pauperes in iumentis portantes reversi sumus Achon.

80. *De secundo equitatu.*

In secundo equitatu adivimus pedem montis Thabor, primo aquarum inopiam, postmodum per defossionem copiam invenientes desperabant capitanei nostri de montis ascensu, donec puero Sarraceno nunciante, castrum
Dec. 3 fore comprehensibile, consilium inierunt. Prima vero dominica adventus Domini, cum legeretur in evangelio: *Ite in castellum, quod coram vos est!* (Matth. XXI, 2.) Patriarcha precessit cum signo crucis episcopis & clero per clivum montis orantibus & psallentibus, & licet preruptus sit mons ubique in excelsis & quasi impossibilis ad ascendendum extra semitam tritam, milites tamen & satellites, equites & pedites viriliter ascenderunt. Ioannes quidem, rex Hierusalem, cum militia Domini castellanum stravit & Admiraldum unum primo impetu. Defensores autem castri, qui extra portas ad defendendum montem intrepidi hostibus occurrerunt, conversi sunt in stuporem. Hic vero inclusis hostibus infra castrum turpiter Reges Hierusalem & Cypri & magister hospitalis & barones in partem montis ad deliberandum,



quid facerent, ſeceſſerunt. Nobilis vero dux Auſtrie huic deliberationi 1217
non interfuit, quia ex altera parte montis incredulos impugnabat & ad nos, qui in ſummitate montis eramus, aſcendere de facili non valebat, nec magiſter templi, qui infirmus remanſit in Achon. Cum vero in deliberatione predicta morari an recedere expediret per ordinem quereretur, dixit frater Georgius de Monte acuto, magiſter hoſpitalis, quod videbatur ei bonum, quatenus pars exercitus ad caſtra cuſtodienda deſcenderet, & pars in loco, ubi eramus ad obſidendum, caſtrum remaneret, & ordinaretur obſidio: quia videbatur, quod caſtrum in brevi nobis a Domino redderetur, maxime cum de plano ad muros ſine offendiculo poſſemus acce-
p. 1261 dere, petrarias erigere & alia facere, que ad munitionem ſunt neceſſaria capienda, & ipſe libenter cum fratribus remanebat. Econtra vero quidam dicebat & maxime comes Tripolis Boamundus, quod non erat bonum in nocte illa in monte exercitum Domini morari. In diviſione enim exercitus videbant periculum manifeſtum. Qua fide autem comes illud conſuluerit & obſidionem impedierit, novit Deus. Ipſa autem dominica deſcendit de monte exercitus inglorius & per indultum ſpacium incredulos animavit. Multi autem templarij & hoſpitalarij & quidam ſeculares in ſecundo montis aſcenſu, quando caſtrenſes vires acceperant, vulnerati ſunt & de vulneribus interfecti. Credimus autem Chriſtum Deum ſibi ſoli hunc triumphum montis reſervaſſe. Qui cum paucis diſcipulis ipſum aſcendit, gloriam future reſurrectionis ibidem demonſtrando. Porro in primo & in ſecundo equitatu maximam multitudinem captivorum, virorum & mulierum ac parvulorum chriſtiani ſecum duxerunt, ex quibus plures fuerunt in Chriſti nomine baptizati.

81. *De tertio equitatu.*

In tertio equitatu non interfuit patriarcha cum ſigno crucis. Interfuerunt autem plures epiſcopi, in quo multa damna ſuſtinuimus, tam per
dec. 24 latrunculos quam incommodo hyemis violentis, preſertim in vigilia natalis Domini per viam, ubi multi pauperes & iumenta frigore perierunt & ipſa ſacra nocte, in qua tempeſtatem terreſtrem ventis & pluviis commotam ſuſtinuimus graviſſimam. In finibus Tyri & Sydonis iuxta Sareptam poſt huiuſmodi intemperiem exercitus Domini quadrifariam diviſus eſt. Rex Ungarie & rex Cypri Tripolim profecti ſunt. Rex Ungarie in brevi 1218
tempore commoratus cum magno damno terre promiſſionis receſſit. Peregrinos enim & dextrarios, galeas & iumenta cum armis ſecum traxit, multum admonitus a patriarcha, ne ſic recederet. Tandem excommunicatus eſt cum ſua ſequela. Alia pars pigrorum ſive timidorum & eorum qui procumbentes ore pleno abundantiam temporalium biberunt, remanſit in Achon. Rex vero Hieruſalem & dux Auſtrie cum hoſpitalariis Sancti Iohannis & epiſcopis ſupradictis & quibuſdam aliis caſtrum in Ceſarea Paleſtine brevi tempore utiliter & conſtanter firmaverunt, licet hoſtis

1218 adventus sepe nuntiaretur. In basilica principis Apostolorum festum Pu-
Febr. 2 rificationis patriarcha cum sex episcopis solenniter celebravit.

82. *De edificatione castri peregrinorum.*

Templarij vero cum domino Gualtero de Avensis & paucis auxiliantibus peregrinis & hospitali de domo Teutonicorum, castrum filij Dei, quod olim destructum, nunc castrum peregrinorum appellatur, firmare ceperunt, quod situm est in diocesi Cesariensi inter Caiphan & Cesaream. Cuius situs talis est: promontorium amplum & latum mari imminet, munitum naturaliter, scopulis ad Aquilonem & Occidentem & Austrum, versus Orientem turris est firma & dudum a templariis edificata & possessa tam guerre quam treugarum tempore. Turris autem ibidem fuit posita olim propter latrunculos, qui in via stricta peregrinis ascendentibus in Hierusalem & descendentibus ab ea insidiabantur, haud procul a mari distans, que propter viam strictam districtio appellabatur. Toto fere tempore, quo Cesaricum castrum firmatum est & consummatum, templarij ex transverso promontorij fodientes & laborantes per sex hebdomadas, tandem ad fundamentum primum pervenerunt, ubi murus antiquus spissus & longus apparuit. Inventa est etiam pecunia in moneta modernis ignota, collata beneficio filij Dei militibus suis ad allevandos labores & sumptus. Deinde in anteriori parte arenam deportantes & fodientes, alius murus brevior repertus est, & inter murorum planitiem fontes aque dulcis ibidem largiter ebulliebant. Lapidum etiam & cementi Dominus copiam ministravit. Due turres edificantur ante frontem castri lapidibus quadris & dolatis tante quantitatis, ut lapis unus vix a duobus bubalis in curru trahebatur. Utraque turris centenos habet pedes in longitudinem, 74 in latitudine, spissitudo binas intercludit testudines, altitudo plurimum ascendens celsitudinem promontorij transgreditur, inter duas turres murus novus & altus cum propugnaculis consummatus est, & miro artificio intrinsecus, equites armati per gradus ascendere possunt & descendere. Item murus alius paulo distans a turribus extenditur ab uno latere maris ad aliud, puteum habens aque vive inclusum. Promontorium ab utroque latere muro cingitur alto & novo usque ad rupes. Oratorium cum palatio & domibus plurimis castrum includit. Huius edificij prima est utilitas, quod conventus templariorum eductus de peccatrice & omni spurcicia plena civitate Achon, in huius castri presidio residebat usque ad reparationem murorum Hierusalem. Territorium munitionis piscariis, salinis, pascuis, agris, & herbis abundat, & vineis quoque plantatis & plantandis hortis & pomeriis habitatores delectat. Inter Achon & Hierusalem nulla est munitio, quam teneant Saraceni. Unde de hoc castro novo plurimum damnificantur increduli & terrore divino ipsos fugante loca culta deserere coguntur. Sex milliaribus distat a monte Thabor, unde huius castri constructio sive constitutio forte fuit causa destructionis munitionis illius,

Hist. oria 113

quia in campo longo & lato qui interiacet montanis castri huius ac mon- 1218
tis Thabor, nec arare nec metere secure poterant propter metum habitantium in eo.

83. *De exercitatione Coloniensium ad signum crucis.*

Anno gratie 1218 mense Martio applicare ceperunt ad portum Achon cogones ex provincia Coloniensi cum aliis paucis. Tamen de Bremensi & Treverensi provinciis excitata fuit provincia Coloniensis ad obsequium
[illegible], III, Salvatoris per signa, que apparuerunt in celo. Nam in provincia Coloniensi
1132. & diocesi Monasteriensi in villa Bedon Frisie, mense Maio 6 feria ante Iun. 1
Penthecostem, cum predicaretur crux ibidem, triplex forma crucis apparuit in aëre: una candida versus Aquilonem, alia versus meridiem eiusdem coloris & schematis, tertia vero medio colore colorata, habens crucis patibulum, & figuram hominis in eo suspensam elevatis brachiis & extensis cum infixione clavorum in manibus & pedibus, & capite inclinato. Hec media fuit inter alias duas, in quibus non erat effigies humani corporis. Alia vice & alio loco in villa Frisie seu Theucusen tempore predicationis crucis, apparuit iuxta solem crux cerulei coloris, hanc viderunt plures quam priorem. Tertia fuit apparitio in diocesi Traiectensi in villa Doc-
tum, in qua beatus Bonifacius coronatus fuit martyrio, ubi in die eiusdem Iun. 5
martyris cum multa milia convenissent ad videndam stationem, apparuit crux alia magna, acsi trabs ex adverso trabis artificialiter composita fuisset. Hoc signum vidimus omnes. Movebatur autem paulatim ab Aquilone ad Meridiem. Credimus autem duas apparitiones demonstratas a Deo, ut omnis ambiguitas prime visionis tolleretur a principio predicationis crucis. Provincia Coloniensis magno studio plurimis etiam sumptibus fere trecentas naves preparavit, quarum quedam remanserunt, quedam in tempestate perierunt. Tunc firmatum fuit concilium in concilio Lateranensi cum domino papa Innocentio habitum Rome de intromittenda militia christiana in terram Egypti.

84. *De profectione peregrinorum contra Damiatam.*

p. 1262 Mense igitur Maio post Ascensionem Domini, preparatis cogonibus Mai.
armatis, galeis, & aliis nautibus oneratis, profecti sunt de Achon Ioannes rex Hierusalem, patriarcha cum episcopis & duce Austrie tribus domibus & copiosa multitudine christianorum; indicta fuit navigatio apud castrum filij Dei, quod peregrinorum dicitur, sed flante Borea, rege duce & magistris domorum ad indictum locum venientibus, exercitus Domini prosperis velis processit, tertio die perveniens ad portum Damiate, ubi moratus est per biduum, antequam ad terram descenderet, suos capitaneos exspectando. Prefati autem duces, quia modicam moram fecerunt in

1218 prenominato caſtro, ſubſequi non poterant exercitum uſque ad ſex dies ab exitu de portu Achon. Multi etiam, qui preparati non erant & moram aliquantulum fecerant apud Achon poſt primos navigantes aut omnino remanſerunt, aut vi ventorum repulſi ſunt in Achon, aut per tres vel quatuor hebdomadas iactati per mare moram fecerunt. Cum autem queſitum eſſet ab hominibus per ordinem, quid facere debent, & quidam ſuaderunt reditum, ex quo capitanei non veniebant, dixit Nichoſienſis archiepiſcopus, quod bonum eſſet, ſi electo capitaneo aliquo ad terram deſcenderemus capitaneos ibi exſpectantes. Omnes concordaverunt huic conſilio & facto capitaneo comite de Sareponte, applicuimus ad portum maris Damiate, & hoſtilem terram cepimus ſine ſanguinis impenſa, antequam rex & alij duces, qui erant in galeis, ſubſequerentur.

Referunt autem quidam, quod cum pauci Saraceni equites excurrerent ad portum, Friſo quidam fixo dextero genu in terra, & ſiniſtra manu circumferens ancille dextra ſpiculum vibrabat ferreum: intuitus eſt eum Saracenus exiſtimans eum ludere, ſed ſubito eques cum equo percuſſus corruit in terram, fugientibus aliis abſque omni impedimento. Caſtrametati ſunt chriſtiani inter littus maris & ripam fluminis Nili, cum admiratione magna ſubſequentium, quomodo tentoria fixa viderunt. Hoc enim mirabile fecit Dominus, quod in primo adventu aqua fluminis coniuncta mari, dulcis hauriebatur. Modico tempore poſt adventum chriſtianorum facta fuit eclypſis lune fere generalis, quam contra Saracenos interpretati ſunt quaſi protendentem eorum defectum, qui ſibi lunam attribuunt, in incremento & decremento lune ſibi magnam vim imponentes.

85. *De quibuſdam incidentibus illius temporis.*

Eoque tempore Petrus Pariſienſis & Galterus Heduenſis & Iordanus Lexovienſis, Henricus quoque comes Nivernenſis & Gualterus camerarius Francorum regis & Iterius de Thociacho aliique multi baronum cum populo copioſo iter arripiunt tranſmarinum. Rex ſiquidem Hungarie & dux Auſtrie anno precedenti tranſfretaverunt & rege Hungarie repatriante dux Auſtrie ceterique ad urbem Damiatam tranſierunt. Albericus (*Mon. Germ. SS*, XXIII, p. 908.

86. *De captione Hieruſalem per Corradinum, Turquie ſoldanum.*

1219 Ex hiſtoria Damiate. Anno gratie 1219 Regina civitatis Hieruſalem, que videbatur inexpugnabiliter munita, deſtructa eſt a Corradino filio Salphadini foris & intus. Muri enim cum turribus redacti ſunt in acervos lapidum preter templum Domini & turrim David. De ſepulchro glorioſo deſtruendo conſilium habuerunt Saraceni, & per litteras comminati ſunt, quas civibus Damiate tranſmiſerunt ad eorum ſolatium. Sed huic temeritati nemo manus apponere preſumpſit propter reverentiam loci. Sic enim *Hiſt. orient.*, III, 1137.

in Alcorano libro legis eorum habent fcriptum: Iefum Chriftum Domi- 1219
num noftrum credunt de Maria virgine conceptum & natum, quem fine peccato vixiffe prophetam, & plufquam prophetam, conteftantur, cecos illuminaffe, leprofos mundaffe, mortuos fufcitaffe, firmiter afferunt. Verbum & fpiritum Dei & vivum ad celos afcendiffe non difcredunt. Unde quando tempore treugarum fapientes ipforum Hierofolymam afcendebant codices evangeliorum fibi poftulabant exhibere & ofculabantur & venerabantur propter munditiam, quam Chriftus docuit, & maxime propter evangelium Luce: *miffus eft angelus Gabriel* (Luc. 1, 26), quod litterati inter eos fepius repetunt & retractant. Lex autem eorum, quam diabolo dictante minifterio Sergij monachi & apoftate & heretici, Machometus Saracenis dedit, arabice fcriptam, a gladio cepit, per gladium tenetur, & cum gladio terminabitur. Machometus ille illiteratus fuit, ficut ipfe proteftatur in Alcarono fuo, & que prenominatus hereticus nominavit, dictavit, ipfe promulgavit, & per comminationes obfervari ftatuit. Luxuriofus enim fuit & bellicofus, ideoque de immundicia & vanitate legem ftatuit, quam carnaliter viventes, in parte voluptatis firmiter obfervant.
p. 1263 Et ficut legem noftram veritas & mundicia muniunt, ita errorem ipforum timor mundanus & humanus, ac voluptas carnalis firmiffime, cuftodiunt.

87. *De miferia obfefforum in Damiata.*

B. orient., III, 1140. Interea civitas Damiata obfidione longa, ferro, fame & peftilentia graviter & ultra quam fcribi poteft afflicta, in fola pace quam foldanus civibus promifit fpem pofuit. Durabilis enim non eft Egypti annona propter molles glebas, in quibus crefcit nifi fuperius circa partes Babylonis artificiofe confervetur in annos, & ficut audivimus, coctanum unum 40. bifantiis vendebatur in ea, & ex anguftia famis diverfa morborum genera vexabant eos, & inter cetera incommoda, que fuftinuerunt noctibus velut aurifia percuffi apertis oculis nil videre dicebantur. Soldanus de die in diem vanis promiffionibus ipfos a deditione dehortatus, decepit miferos. Poftremo portas fuas obftruxerunt intrinfecus, ne aliquis veniens ad nos de fuis nunciaret, quod dies afflictionis poffidebat eos. Si qui vero per pofticum vel de muris per funes evadere potuerunt, inflati & famelici civium fuorum auguftias evidenter probabant. Illis etiam, qui foris in exercitu Saracenorum nos obfiderunt, copia panis & pabuli cepit decrefcere. Nilus quidem, qui poft feftum Sancti Iohannis Baptifte ufque ad exaltationem fancte crucis folum excrefcere Egypti planitiem irrigare confueverat, hoc anno more fuo non afcendit ad fignum, quod ponere folent Egyptij. Sed & ut intelliximus magnam partem terre ficcam reliquit, que nec arari nec feminari poterat fuo tempore. Unde Soldanus famem timens & cariftiam in amorem retinende Damiate, talem pacem cum Corradino fratre fuo chriftianis obtulit, ut crucem fanctam que olim capta fuit in victoria Salahadini cum civitate fancta, & omnibus captivis,

1219 qui per regnum Babylonie & Damasci vivi reperiri possent, sumptus etiam ad reparandos muros Hierusalem redderet, insuper regnum Hierosolymitanum, totaliter restitueret, preter Crachum & montem regalem, pro quibus retinendis tributum obtulit, quamdiu treuga duraret. Sunt autem hec duo in Arabia sita, septem munitiones fortissimas & firmissimas habentia, per que negociatores Sarracenorum & peregrini ipsorum Mecham tendentes vel ab ea revertentes transire solent. Et qui hoc potenter tenuerit, Hierusalem, cum voluerit, graviter nimis cum agris & vineis ledere poterit. Hanc compositionem acceptandam esse, & utilem christianitati rex & Francigene, comes Cestrie cum capitaneis Teutonicorum pertinaciter censuerunt. Tunc autem legatus patriarcha cum archiepiscopis, episcopis, templariis, & hospitalariis, ac omnibus Italie capitaneis, multisque aliis prudentibus viris efficaciter tractatui se opposuit, rationabiliter ostendens, ante omnia Damiatam fere capiendam.

88. *De captione Damiate absque sanguinis effusione.*

Interea soldanus magnam multitudinem peditum clanculo & per loca plaustria misit ad civitatem, quorum 240 christianis dormientibus
Nov. 3 lycias fuerunt ingressi dominica nocte post festum omnium sanctorum. Tandem per clamorem vigilum occisi sunt & capti, quos ad ducentos &
Nov. 5 plures computavimus, nonis Novembris capta est Damiata sine deditione, sine defensione, sine violenta depredatione, cum tumultu, ut soli Deo adscribatur victoria. Et cum caperetur civitas in oculis regis Babylonis more solito, non fuit ausus Christi milites ad defensionem paratos per fossatum nostrum aggredi.

Eodem etiam tempore fluvius excrevit uberrimus aquis fossatum implens. Ipse autem soldanus confusus castra sua combussit & fugit. Itaque *Hist. orient.*, II
Christi milites Damiatam ingressi plateas eius invenerunt stratas cada- 1141.
veribus mortuorum pestilentia & fame deficientium. Aurum & argentum multum nimis, pannos sericos negotiatorum in abundantia, vestes pretiosas, & ornamentum cum varia suppellectili in superabundantia. Civitas hec preter naturalem situm loci, quo muniebatur, triplici erat cincta muro. Turribus latericiis multis & magnis fortissime firmata, clavis & antemurale totius Egypti inter Ramesse & campum Thaneos sita in terra, ut coniicere possumus. Gersen, quia pascuosa erat Damiata in regnis famosa multum in superbia Babylonis, in mari dominatrix, christianorum spoliatrix, in ascensu persecutorum tuorum per paucas & modicas scalas comprehensa, tunc potenti manu Dei humiliata es.

89. *De civium eius strage.*

Itaque preter illos, qui vivi comprehensi sunt, mortui promiscui sexus a tempore obsidionis in circuitu computantur ad 3. milia & amplius,

quos fine ferro vel ignibus Dominus percuffit. Ingredientibus nobis occurrit 1219
fetor intolerabilis, afpectus miferabilis, mortui vivos interfecerunt, vir & uxor, pater & filius, fervus & dominus fe mutuis interfectionibus interemerunt; non folum platee mortuis erant plene, fed in domibus, & in cubilibus & lectis iacebant defuncti, infantes ad ubera matrum pendentes inter amplexus morientium vocitabant. Delicati divites inter acervos tritici interierunt fame. deficientibus cibis, quibus erant nutriti, pepones & alia & cepes & altilia, pifces & volatilia defiderabant fruftra. Denique octoginta fere milia, ficut a captivis referentibus didicimus, a tempore quo perfecta eft obfidio, perierunt in civitate, exceptis eis, quos fanos vel languidos invenimus quafi tria milia & amplius. Alij mortui funt poft victoriam, alij magno pretio venditi, alij baptizati funt & Chrifto donati. Civitas hec gradatim murata, primum murum habebat humilem ad cuftodiam foffati fecundum altiorem, tertium eminentiorem fecundo, murus medius xxviij. turres habet principales, binas vel trinas teftudines continentes, que omnes remanferunt integre cum muris, preter unam tantum, que crebris ictibus trabuculi templariorum confoffa fuit aliquantulum. Adeo autem exercitus nofter ad pigritiam refolutus fuit, ut milites ocio dediti, negligerent opus Dei, vulgus ad tabernas & negociationes fraudulentas fe converterent. Cati duo ad foffatum implendum magnis fumptibus compofiti fuerunt, quorum unus in cuftodia regis, alius in cuftodia Romanorum combuftus fuit. Cum adhuc potentes effent in armis cuftodes civitatis, due foffe fubterranee facte funt ad fuffodienda fundamenta munitionum, licet labor fruftratus fuit poft expenfas plurimas. Sic Deus fine damno capientium civitatem dare integram voluit.

90. *De fpoliorum eius diftributione.*

Pfeudo-Iacob., *Hift. orient.*, III, 1143. In communi iuravimus omnes, ut afportata de civitate fpolia reddentur inter victores dividenda. Hoc etiam fub anathemate terribili fuit preceptum a legato fedis apoftolice. Veruntamen concupifcentia oculorum plures fures fecit. Sufcepimus tamen ad utilitatem Reipublice magnam partem deliciarum Egypti in auro & argento, perlis & pomis ambre, filis aureis & filacteriis variis, pannis fericis pretiofis: que diftributa funt per exercitum Domini, cum annona, que reperta fuit in civitate. Legatus fedis apoftolice Damiatam cum appendiciis fuis & pertinentiis regno Hierofolymitano contulit in perpetuum. Machomeria Damiate commutata eft & in ecclefiam gloriofe femper virginis Marie in quadrum pofita: tanta fere latitudo eius, quanta longitudo; columnis
p. 1264 fuftentabatur marmoreis cl. minus una, vij. porticus habens, & in medio aperturam longam & latam, in qua pyramis furfum afcenderat alta. Quatuor enim in ea principalia fundata funt altaria; titulatorium beate Marie primum, principis apoftolorum Petri fecundum, fancte Crucis tertium; fancti Bartholomei quartum in cuius fefto turris fluminis capta

1219 fuit. Inventi sunt in Damiata trabuculi quatuor cum petrariis & mangonellis plurimis, baliste cum torno fortissime & omne genus armature fortium. Aurum & argentum cum perlis & aliis rebus mobilibus non solum inter clericos & milites, sed etiam inter satellites & mulieres & pueros dividebatur, proportionabiliter turres civitatis distribute sunt inter regna, quorum bellatores convenerant ad eius captionem; deducta fuit primo loco, sicut decuit & oportuit, una turris, que Romane fuit assignata Ecclesie cum porta ipsius que olim dicebatur Babylonis, tunc appellata est Romana. Alia etiam turris reservatur Damiate archiepiscopo.

Et sicut olim civitas Dei viventis Hierusalem sancta capta fuit nocte, sic christiani Damiatam ante diluculum obtinuerunt. Instrumentum enim, quo turris capta fuit fluminis, Teutonicis cum Frisonibus in commune donaverunt. De quo factus est pons inter civitatem & castrum: quod constructum est ad munimentum ripe civitatis contraposite; duo castellula composita sunt ad custodiam pontis de eodem instrumento. Insuper de altis arboribus, super quas scala pendebat edificata est specula super altitudinem castri novi ad indicandum portum longe navigantibus. Pons vetus, qui mediante insula utramque ripam contingebat, obsidionis tempore multipliciter a Saracenis fuerat attentatus, & a christianis viriliter defensus, suo functus officio ad alios reservatus est usus.

91. *De captione Thanis & opulentia ipsius ac fortitudine.*

Non minori miraculo immo maiori donavit Dominus christianis
Nov. 23 Thanis, mense novembri, in festo sancti Clementis, qui habet habitaculum suum in mari. Nam missi in mari exploratores numero quasi mille viri in naviculis per parvum flumen, qui Thanis nuncupatur, ut de cassalibus tollerent sibi victualia, & statum predicti loci diligenter explorarent. Saraceni, qui erant in presidio castri, visis christianis, putantes, totum exercitum venire, serratis portis fugerunt. Nostri vero solum Christum ibi capitaneum habentes, erumpentes claustra intraverunt castrum; testati sunt nobis redeuntes, se nunquam in plano fortius castrum vidisse. Septem turres habet firmissimas testudinatas, desuper per gyrum duplici fossa & utroque muro cingitur, habens antemurale; lacus se diffundit in latum in circuitum in tantum ut aditus equitibus hyeme sit impossibilis, estate difficilis adeo, ut per nostrum exercitum obsidione nunquam caperetur. Lacus piscosus est valde, de cuius piscariis Soldano solvebantur annuatim quatuor milia marcharum. Avibus insuper & salinis abundat. Casalia multa per circuitum serviebant ei. Civitas ante castrum maior Damiata olim famosa, nunc autem ruinosa, magnitudinem testatur edificiorum. Hec est Thanis, cuius campi meminit David propheta: « Coram « patribus eorum fecit mirabilia &c. » (*Psalm.*, LXXVII, 15) & Esaias (XIX, Pseudo-Iac.
11): « Stulti principes Thaneos sapientes consiliarij Pharaonis dederunt *Hist. orient.*, I
« consilium insipiens. » Hec est Thanis, in qua lapidatus asseritur Hieremias 1144

lapidibus: « Quos abfconderat fub muro latericio » (Hierem., XLIII, 7, 9). 1219
Egyptij vero honoraverunt Prophetam, fepelientes eum iuxta tumulum regum, memores beneficiorum, que preftiterat Egypto: oratione enim fua fugaverat beftias aquarum, quas crocodilos appellant. Alexander autem Macedo veniens ad fepulchrum prophete, cognofcens myfterium loci, tranftulit in Alexandriam, fepelivitque eum gloriofe. Crocodilos apud Damiatam invenimus, & interfecimus. Eft autem beftia crudelis, hominem & iumenta devorans apertis oculis, folo vifu fovebat ova fua. Exclufi pulli ftatim fugiunt parentem fuum tanquam hoftem, quos dum capere poteft, ftatim glutit & devorat. Et cum cetera animalia molam inferiorem moveant, illud econtra fuperiorem movet. Diftat Thanis a Damiata itinere unius diei per mare verfus terram promiffionis, ut facile fit de Acon vel Damiata per mare & terram, vel fluvium, prefidium ibidem ponere vel victualia tranfmittere. Damna multa intulit chriftianis in obfidione Damiate, quando naves ad nos accedentes vel a nobis recedentes, vi ventorum delate funt illuc. Nam ante Thanis littus maris arcuofum & importuofum finum facit amplum & latum, in quo naves devolute fine vento multum eis opportuno recedere non valent.

92. *De libro recepto, in quo predicta eft Damiate vaftatio, & quedam alia.*

Pfeudo-Iac., *Ep. orient.*, III, 1141. Ante captionem Damiate liber nobis apparuit arabice fcriptus, cuius auctor fe iudeum vel chriftianum vel Saracenum effe negat. In eo autem, quifquis ille fuerit, predixit mala, que Saladinus populo chriftiano crudeliter intulit in deftructione Tyberiadis, & in victoria, quam de chriftianis habuit, quando regem Hierufalem at principes captivos duxit, ipfamque fanctam civitatem poffedit, Afcalonem deftruxit & quomodo conabatur Tyrum apprehendere, fed non profecit, & alia multa que peccata illius temporis meruerunt. Predixit etiam deftructionem hortorum & palmeti Damiatene civitatis, quam fcilicet factam vidimus, quando librum hunc per interpretes intelleximus. Addidit enim, Damiatam a chriftianis fore capiendam, Saladini nomen non pofuit, fed per nigros oculos & crocea vexilla ipfum defignat. Infuper predixit quendam regem chriftianum Nubianorum Mecham civitatem debere deftruere, & offa Machometi pfeudoprophete difperfa proicere, & quedam alia que nondum evenerunt, fed, fi completa fuerint, ad exultationem Chriftianitatis & depreffionem Agarenorum evenirent. Scimus, quofdam gentiles ethnicos fpiritum fanctum in ore habuiffe, fed non in corde, & manifefto de Chrifto prophetaffe.

Pfeudo-Iac., *Ep. orient.*, III, 1144. Corradinus reverfus in Paleftinam Cefarienfe caftrum obfedit, quod erat in cuftodia regis, ac brevi tempore cepit illud & deftruxit, defenforibus ipfius negligenter agentibus, qui tamen fere omnes evaferunt, quia liberum introitum & exitum habebant per mare. Demum proceffit ad caftrum filij Dei cum toto exercitu fuo, & confiderans illud ab omni

1219 parte sagaciter, intellexit, quia comprehensibile non erat. Insuper Templarios ad omne periculum paratos invenit, qui castrum victualibus & omni armatura fortium sufficienter munierant.

Eodem tempore Templarij latrones Saracenorum ab Achon repulerunt, viriliter occidendo quosdam, alios captivando. Corradinus autem auxilium postulabat a Saracenis, ut ab ortu solis venientes obsiderent Achon, quod efficere non poterant propter inexorabilem discordiam principum terre ipsorum christianis plurimum opportunam, quam Caliphus eorum Papa sepelire laborabat.

93. *De legatione Georgianorum ad nostros admirantium super captione Damiate.*

Ad hec fama discurrens per totum orbem Damiatam a christianis esse comprehensam, Georgianorum litteras ad castra catholicorum transmitti persuasit, in quibus continebatur, quod indignata gens illa vel excitata rubore, rege eorum convocante principes decrevit & iuravit se obsessurum famosam aliquam civitatem Saracenorum allegans, sibi verecundum esse, quod Franci de transmarinis partibus & ultimis terre finibus venientes per mare spaciosum periculis plenum, tam munitam civitatem obsidione longa cepissent, nisi & ipsi, quibus erat facilius, perfidos impugnarent, & Damascum vel alium locum nominatum virtute caperent armorum. Sunt igitur Georgiani cultores Christi, ritum habentes Grecorum, Persis vicini, longo terrarum tractu a Terra Promissionis distantes, quorum dominium modo extenditur usque ad Caspios montes; bellicosi sunt homines habentes rasuram in capite clerici rotundam, laici quadratam. Mulieres eorum equestris ordinis docte sunt ad prelium. Homines isti, quando ordinatis aciebus hostes sunt aggressuri, pugillarem cucurbitam repletam vino puro velocius ebibunt, & statim adversarios suos viriliter invadunt. Computandum autem esse non dubitamus inter beneficia tutoris nostri Iesu Christi, quia siccariis persecutorum maiores nostros defendit in obsidione Damiate. Usitatum siquidem habebant Assesseni & eorum preceptor Vetulus de Montanis, cultellos emittere contra christianos ad intercipiendam vitam eorum, qui negotium Christianitatis propensius procurabant. Nam in treugarum tempore filium Tripolitani comitis adolescentem spectabilem in ecclesia beate Virginis apud Tortosam ante altare procumbentem nequiter interfecerunt. Unde militia templi non cessavit eos persequi pro tam religiosa violatione, donec humiliarentur usque ad servitutem tributi; tria namque bisantiorum millia annuatim Templariis persolvunt.

Pseudo-Iac. *Hist. orient.*, 1141.

Pseudo-Iac. *Hist. orient.*, 1142. p. 1265

Eiusdem obsidionis tempore rex Armenie Leuo defunctus est in terra sua. Mortuus est quoque Soldanus Iconij; qui creditur baptizatus fuisse, qui tante benignitatis erat in christianos, ut guerram habens cum Saracenis solvi iuberet Christi cultores; quos vinculatos invenit in muni-

tionibus, quas expugnavit & in optione eorum poſuit, utrum in patriam 1219
ſuam redire vellent, an acceptis ab eo ſolidis ſub ipſo potius militare eligerent. Idem chriſtianos adeo familiares habebat, ut cuſtodes corporis ſui conſtitueret eos, licet pater eius a Laſcaro greco fuiſſet interfectus; manu etiam tenuit Miralim filium Saladini exhereditatum contra filios Saphadini, quantum Caliphas permittebat Baldas papa ſue gentis. Melychaſecaph filius Saphadini multa damna Templariis intulit, cum eſſent in obſidione Damiate. Combuſſit enim oppidum Caſtri Albi, turres munitas deſtruxit, ſed, cum rediret in terram ſuam, victus eſt a Sarracenis.

94. *De captione Saphet & redditione Damiate.*

Pseudo-Iac., Ep. orient., III, 1144 Anno verbi incarnati 1220. Corradinus princeps Damaſci deſtruxit 1220
Saphet, caſtrum firmiſſimum, quod Saladinus flagellum chriſtianorum per longam obſidionem in tantum arctavit, ut defenſores fame deficientes, requiſita licentia magiſtri militie redderent illud tyranno.

Factum eſt autem vertenti anno, quando ſolent reges ad bella pro-
p. 1145 cedere: Ioannes rex Ieruſalem caſtra fidelium reliquit, multas pretendens cauſas ad excuſationem ſui & feſtinatum reditum promittens, anteriorum oblitus ad poſteriora ſe convertit. Aperiente manum Domino, qui portum Damiate implevit ubertate frumenti, vini & olee, adiuncta peregrinorum & equorum copia numeroſa, ut ad progrediendum in negocio nulla locum habeat excuſatio. Supervenerunt in ſexto paſſagio Mediolanenſis & Cretenſis archiepiſcopi, Favenſis & Regenſis epiſcopi & nuncij regis Friderici deferentes literas cum aureis bullis & adventum ipſius nunciantes. Aderat enim epiſcopus Brixienſis & Italica militia copioſa. Legatus autem conſiderans, non ſine gratie magno privilegio divino munere ſufficienter fuiſſe proviſum in omnibus, que requirebat negocij proceſſus, angebatur dolore, quod tempus inutiliter proceſſit & opportunitas tanta periit. Unde convocatis maioribus ipſe primo loco, deinde Mediolanenſis archiepiſcopus & alij ſimiliter epiſcopi ſuadebant progreſſum contra Soldanum, qui caſtra ſua poſuerat ſuper Nilum itinere diei unius a Damiata. Sed milites habita deliberatione huic exhortationi contradixerunt, hanc cauſam maxime pretendentes: quod rex Ieruſalem aberat pro ſue voluntatis arbitrio nec alius princeps militaris aderat, cui gens diverſarum nationum obedire vellet, ad educendum populum Domini, & ſic concordabant ad ocium, ex quo mala multiplicata ſunt in caſtris.

Menſe iulio ſupervenit comes Mattheus de Apulia cum viij. galeis, quarum duas curſarias inſidiantes chriſtianis cepit in via marina.

Deinde Damiata cum multis laboribus ſumptuoſis capta 1221
& per annum vel amplius a noſtris poſſeſſa, poſtmodum Pelagio cardinali & legato Templariis & Hoſpitalariis totoque exercitu chriſtianorum, excepto rege Ioanne, qui ob

quandam discordiam inter ipsum & legatum motam ab exercitu recessit, a Soldano per infortunium captis & graviter afflictis, pro redemptione eorum & omnium christianorum captivorum, qui erant sub potestate Soldani, reddita est paganis.

74. Iohannes de S. Theodoro,

Chronicon ad annum 1250.

[Paris. B. N., lat., 10769, m. s. XIV, in-8, f. 119*a*.]

*

[*Sequitur Vincentium Bellovacensem.*]

75. Le Ménestrel de Reims,

Récits (— 1260).

[Ed. Wailly, Paris, 1876, in-8.]

*

1215 144. Or se tait li contes dou roi Iehan, & bien i revenrons p. 76
quant tans & lieus en sera; si vous dirons de l'apostoile Innocent liqueis ot entendu que la terre d'outremeir estoit en la main aus Sarrezins, & la traitoient vilainnement, & n'i estoit mie celebreiz li services Nostre Seigneur. Si en fu merveilles meuz à pitié, & fist assembleir un concile general de toutes les ordres desouz la loi de Rome.

145. Et furent au iour à Rome, & là atourna on mout de commandemenz qui estoient necessaire à sainte Eglise. Là fu commandei que une clochete seroit portée avec Corpus Domini; car on n'en i portoit point. Et fu atournei que li prestre qui avoient chapes à manches les auroient reondes; & mout d'autre commandement qui ne sont mie bien tenu ne gardei.

146. Et lors fu parlei de la terre d'outremeir qui estoit es mains aus Sarrezins; si en devoit estre sainte crestienteiz p. 77
mout irie. Et lors fu acordei par touz les prelaz que on

preeſcheroit des croiz. Et li legaz de France ot à non maiſtres 1215
Roberz de Courſon, & eſtoit anglois, preudons, & bevoit voulentiers (ſi ſont maint preudomme), & croiſa mout de pueple.

147. Et s'en alerent à deus ales; la premiere ale arriva à 1217
Acre à la ſaint Michiel, & i ot mout grant gent. Et orent conſeil entr'eus & le roi Iehan que il iroient aſſeoir Damiete,
& endementieres leur croiſteroient gent. A ce conſeil furent 1218
tuit li haut homme acordant, & firent atourneir leur navie, & montrerent ſour meir. Et vinrent à Damiete, & priſent port; & tendirent treis & pavillons, & ſe herbergierent au mieus qu'il porent.

148. Et quant li Sarrezin ſe perçurent, ſi en orent grant paour, & fermerent leur portes & garnirent leur tourneles, & merveilles s'atournerent bien pour deffendre. Et manderent à Saphadin, le ſoudan de Babiloine, qui ſires eſtoit de Damiete,
p. 78 qu'il les veniſt ſecourre, car li rois Iehans & la creſtienteiz de France les avoit aſſegiez. Et quant Saphadins oï ces nouveles, ſi ne fu pas liez; & fiſt eſcrire ſes briés & envoier par toute paiennime, & leur manda qu'il le veniſſent ſecourre: « Car li rois Iehans & toute la creſtienteiz de France & de Lombardie & de Toſcane & d'Alemaingne ont aſſiſe Damiete; & bien ſevent que c'eſt la cleis de paiennime. »

149. Adonc s'aſſemblerent tuit li haut homme à Baudas & là priſent conſeil qu'il feroient. Là fu li ſoudans de Damas qui ot non Coradins; & eſtoit freres germains Saphadin le ſoudan de Babiloine. Et là fu li ſoudans dou Coigne, & cil de l'Eſchamele, & cil de Alape, où li bon chevalier ſont de paiennime, & mout d'autres ſoudans & amiraus. Et s'acorderent tuit que il i iroient, & manderent au ſoudan de Babiloine que il feroient à lui à un iour qu'il li manderent; & s'en rala chaſcuns d'eus en ſon païs.

150. Et aſſemblerent tant de gent comme il porent mouvoir, & vinrent en Babiloine à un iour qui mis i fu, & orent conſeil comment il eſploiteroient. Ainſi furent grant piece
p. 79 que li uns ne forfiſt rien ſour l'autre qui à conteir fuſt; & toutes voies creſtien ſe hourdoient & faiſoient bons foſſeiz & bonnes lices par devers la berrie. Et firent un pont de neis parmi le flun, qui mout eſt larges & parfonz, pour tolir ceus de Damiete le port; car par enqui leur venoit touz li biens.

1218 Et firent deus oz, un par deçà le pont & un delà; & ce fu la choſe qui plus leur greva.

151. Ci vous lairons un pou eſteir dou roi Iehan & de ſon oſt; ſi vous dirons de l'autre partie des chreſtiens qui eſt demourée, ſi comme li eſleuz Miles de Biauvais, qui fu freres mon ſeigneur Gauchier de Nantueil, & mes ſires Andrieus ſes freres, & mes ſires Iehans d'Arcies, & li cuens de Pingin, & li ſires de Loupines qui preudons eſtoit, & mes ſires Iehans Fuinons; & mout d'autres preudommes que ie ne vous nommerai pas, car granz ennuis ſeroit de tant de genz nommeir.

152. Et cil eſleuz ot le diſme des clers de par l'apoſtoile; & s'apareillierent pour mouvoir encontre la ſaint Iehan, & firent apareillier leur naves, & monterent ſour meir. Et nagierent tant ſans deſtourbier qu'il vinrent à Acre, & deman- p. 80
derent où li rois eſtoit; & on leur diſt qu'il eſtoit devant Damiete, que il avoit aſſiſe, & i avoit eſtei un an. Quant li eſleuz l'entendi, ſi fiſt apareillier ſes naves; & monterent l'endemain ſour meir, & mirent ſix iourz en venir à Damiete, & priſent port, & ſe logierent avec les autres, qui mout furent lié de leur venue. Mais il ne leur en vint onques ſe maus non, ſi comme vous orrez conteir çà en avant.

153. Or vous dirons de Saphadin, le ſoudan de Babiloine, qui eſtoit logiez à deus liues près de l'oſt; & toutes les eures que creſtien aſſailloient à Damiete, li Sarrezin aſſailloient les creſtiens pour aidier ceus de Damiete; car il ne pouoient entreir en Damiete fors parmi l'oſt aus creſtiens. Ainſi hardierent une grant piece iuſqu'à un iour que li legaz & li rois Iehans & li eſleuz de Biauvais & tuit li autre baron firent un parlement entr'eus, & dirent qu'il ſeroit bon qu'il alaſſent aſſaillir les Sarrezins, & ſe Dieu plaiſoit il averoient victoire; mais aucun dirent que il ſeroit bon que on leur requeiſt devant.

154. « Par foi, diſt li rois Iehans, ce n'eſt nienz à faire p. 81
« d'eus requerre ſi loing de ci; car toute iour les averons « aus lices ſe nous voulons. — Voire, ſire rois, diſt li eſleuz « de Biauvais, vous vouriez ore que nous demouriſſiens touz « iourz en ceſt pais. — Certes, diſt li rois, non feroie; ainſois « croi que voſtre alée vaut mieuz que voſtre demourée. Et « nequedent ie en vuel faire quanque li autre vouront; & « aviengne quanque avenir en porra. »

155. A ce s'acorderent toutes voies qu'il manderoient au ſoudan de Babiloine bataille; & li ſoudans leur otroia au iour de la ſaint Iehan Decolace. Et bien ſachiez de voir qu'onques creſtien ne ſe combatirent à ce iour à Sarrezins que il ne fuſſent vaincu. Li creſtien s'apareillierent au mieuz qu'il porent, & li Sarrezin d'autre part, & firent leur eſchieles ordeneir & metre en conroi. Et chreſtien, qui trop furent outrecuidié, ne regarderent pas que la fins de leur uevre porroit devenir; & les requirent deus liues loing parmi le ſablon chaut & ardent; & feroient li cheval coup à coup ou ſablon de ci aus genouz, & les genz à pié auſi. 1219 Aug. 29

156. Et quant il aprochierent les Sarrezins, cil à pié furent
p. 82 ſi ateint qu'il perdirent leur cuers & leur aleinnes; & ſe deſconfirent par eus meiſmes, & tournerent en fuie vers les lices. Et quant Sarrezin les perçurent, ſi leur coururent ſus, & en ocioient tant comme il vouloient. Et tuit fuſſent mort ſe ne fuſt la chevalerie qui eſtoit en l'arriere garde, & ſouffroient le fais des Sarrezins qui mout les arguoient. Et tant ſouffrirent li creſtien qu'il ne porent plus endureir; car li iourz eſtoit chauz, & il eſtoient peſantment armei & eſtoient venu de loing. Et Sarrezin eſtoient frés & legierement armei, & pouoient ſouffrir le chaut, il & leur cheval; ſi firent des creſtiens leur voulentei.

157. Là fu pris li eſleuz de Biauvais, & mes ſires Andrieus de Nantueil ſes freres, & mes ſires Iehans d'Arcies, & li ſires de Loupines, & mes ſires Iehans Fuinons, & mout d'autre preudomme, qui furent menei au Caire en un chaſtel qui ſiet deſors Babiloine, qui eſt le ſoudan; & là les miſt on en dure priſon & en vilainne. Et quant li rois Iehans le ſot & li legaz & li autre baron, ſi en furent trop doulant; & en reſoingnierent plus les Sarrezins, & ſe firent mieux eſchargaitier. Et pour ce ne demoura mie que il ne teniſſent leur oſt ainſi comme devant; & deſtraingnoient ſi ceus de Damiete que nus n'i pouoit entreir ne iſſir.

158. Ainſi furent une grant piece que Saphadins & li autre
p. 83 ſoudan ne ſe remurent. Et cil de Damiete eſtoient à grant meſchief, & avoient une grant maladie en leur bouche qui leur toloit le boivre & le mangier, & mouroient à glaive. Et avoit une ſi orrible pueur en Damiete des cors qui eſtoient mort que nus n'i pouoit dureir; ainſois mouroient preſque

1219 tuit que pour la pueur que pour la maladie; & furent ſi adoulei qu'il ne pouoient plus ſouffrir.

159. Et priſent un coulon meſagier qui avoit eſtei nourriz en Babiloine, & firent eſcrire unes letres eſqueis il avoit eſcrit leur meſaiſe & leur mortalitei; & pour Mahom les ſecouruſſent, car il en eſtoit granz meſtiers; & bien ſeuſſent qu'il n'avoient point de chevetain, car il eſtoit morz en la maladie commune. Et requeroient que on leur envoiaſt chevetain gentil homme & preudomme & ſage, qui la citei ſeuſt & peuſt gouverneir. Et trouſſerent les letres au coulon deſouz la deſtre ele; atant laiſſent le coulon aleir.

160. Atant laiſſierent le coulon aleir; & il ſe miſt en l'air & regarda ſon chemin, & s'adreça droit vers Babiloine; & vola tant qu'il vint au coulomier où il ot eſtei nourriz. Et p. 84
quant li coulombiers qui le coulomier gardoit le perçut, ſi l'ala dire le ſoudan & li diſt : « Sire, il i a un meſagier nouviau venu. » Et li ſoudans diſt que on li aportaſt, & on ſi fiſt. Et il priſt le coulon, & li oſta la letre de la deſtre ele, & la fiſt lire, & ſot comment il eſtoit ceus de Damiete. Et quant il le ſot, ſi en fu trop doulanz; & ot mout grant droit, car ce eſtoit la cleis de ſa terre.

161. Et ot conſeil comment il ouvreroit; & li fu loei que il preiſt un gentil homme ſage & viguereus, & l'envoiaſt à Damiete pour eſtre chevetains. Et il ſi fiſt, & fiſt faire un cuir de buef de quatre doubles en maniere d'un oef, & fu mis dedenz atout la letre le ſoudan. Et fu li vaiſſiaus bien couſuz & bien poiez, & fu aſſis ſour liege en tel maniere qu'il ne pouoit tumeir ne afondreir. Et eſtoit touz ou flun, mais qu'il en paroit entour un pié; & avoit un trou ou comble par deſeure par quoi il reprenoit s'aleinne. Ainſi fu mis ou flun de nuit, & flouta tant li vaiſſiaus qu'il vint au pont que li creſtien avoient fait parmi le flun.

162. Et li creſtien avoient tendu une roi de lonc en lonc le pont pour les aventures qui avenir pouoient; & quant vint p. 85
à la mie nuit, li vaiſſiaus arreſta au pont pour la roi qui le retint, & demoura iuſqu'au iour que on vit le ſommeron qui paroit par deſors. Et alerent à neis là, & fu li vaiſſiaus ſachiez hors à cros; ſi l'enporterent au treif le roi, & fu li vaiſſiaus depeciez, & en fu geteiz li Sarrezins à toute la letre.

163. Et la fiſt li rois lire; & vit on en la letre que c'eſtoit

li niés le ſoudan, & l'envoioit en Damiete pour eſtre cheve- 1219
tains; & ſot tout le couvine de ceus de la citei. Et li rois le fiſt metre en aniaus, & bien gardeir ſoingneuſement, iuſqu'à une nuit qu'il avint que les gardes furent tuit yvre, & dormirent ſi fort que li priſons eſchapa; & s'enfuioit par derriere les tentes.

164. Atant s'eſveillierent les gardes qui le gardoient, & crierent hahaï ! & le queroient parmi l'oſt; & li priſons eſtoit ià ſi eſloingniez qu'il eſtoit aus derreinnes tentes. Et tout fuſt eſchapeiz, ſe ne fuſſent boulengier qui eſtoient relevei pour preſtir; & oïrent les aniaus ſonneir, & crier après lui :
p. 86 « Prenez le priſon, prenez le priſon ! » Et li uns d'eus tenoit un broion, & l'en fiert parmi la teſte ſi fort qu'il l'ociſt. Dont li rois fu trop doulanz quant il le ſot; car il en euſt eu grant raançon ou eſchange de gentil homme.

165. Deſormais vous dirons de Saphadin, le roi de Babiloine, qui eſtoit trop deſtroiz de cuer pour Damiete qu'il cuidoit perdre. Et aſſembla touz les hauz princes de ſon oſt & leur diſt : « Seigneur, ſe nous perdons Damiete, nous avons tout perdu; car c'eſt la cleis de noſtre terre, & par là nous vient tous li biens, bleiz & autre choſe. Et mout deveriens metre grant painne de nos cors ainſois que nous la reuſſiens; car par Mahom, s'elle eſt perdue, ie dout que elle ne ſoit perdue ſans iamais recouvreir.

p. 87 166. « Si me ſui penſeiz une choſe ſe vous le loeiz, que nous manderons au roi & au legat que nous renderons touz les priſons que nous tenons, les vieuz & les nouviaus, & toute la terre que li rois Amauris tint, fors le Cras & Monroial que teis genz tiennent où nous n'avons pouoir; & tant renderons parmi an comme li dui chaſtel valent. Et ſi averont trives à vint ans, mais que tant facent qu'il laiſſent le ſiege devant Damiete. »

167. A ce conſeil s'acorderent tuit, & firent venir les priſons devant eus, & leur dirent ces paroles qui mout leur furent beles. Et eſlurent li priſon deus d'iaus pour porteir ce meſage dont li uns ot à non mes ſires Andrieus de Nantueil, & li autres ot non mes ſires Iehans d'Arcies; & les replegierent li autre ſour leur teſtes à coupeir. Et vinrent en l'oſt au treif le roi; & fu mandeiz li legaz & li baron tuit, & leur diſt mes ſires Andrieus :

1219 168. « Biau ſeigneur, nous ſoumes ci envoié de par la baronnie de paiennime qui vous envoient la plus bele pais qui onques fuſt offerte à creſtiens. Car il vous renderont touz les priſons qu'il tiennent vieuz & nouviaus, & toute la terre que tint li rois Amauris fors le Cras & Monroial; car ces p. 88
deus chaſtiaus ne vous puent il rendre, car il ſont en teis mains où il n'ont pouoir; & bien vous en renderont tant parmi an comme il valent. Et ſi averez trives iuſqu'à vint ans, mais que vous faciez tant ſeulement que vous laiſſiez le ſiege devant Damiete & vous en ralez en vo païs. »

169. Li rois & li legaz & li baron dirent que il s'en conſeilleroient, & furent grant piece à conſeil; & mout i ot de paroles dites les uns contre les autres. Et bien vouſiſſent aucun d'eus que on le feiſt pour leur amis qu'il avoient en priſon; & li autre diſoient que ce ne feroit pas bon à faire; car il avoient demourei enqui près de deus ans, & avoient ſouffert le freit & le chaut & les granz meſaiſes, & avoient deſpendu le leur, & eſtoient ſour le point de penre la citei; ne ià ne s'i acorderoient.

170. Et en la veritei il eſtoient pris par leur orgueil, & par l'orgueil l'eſleu de Biauvais, qui plus ot d'orgueil en li que n'ot Nabugodonoſor, qui trop en ot. A ce conſeil s'acorderent li plus; & s'en ralerent li meſage tuit plorant, & re- p. 89
noncierent ce qu'il avoient oï dou roi & dou legat & des barons aus priſons qui trop en demenerent grant duel. Et puis le dirent au ſoudan à cui il en peſa trop; car il avoit plus en la querele que tuit li autre.

171. Ici vous lairons eſteir des priſons qui ſont à grant viltei & à grant meſaiſe en priſon au Caire, qui menoient leur duel entr'eus, ne n'avoient eſperance qu'il fuſſent iamais delivrei; ſi vous dirons dou roi qui tenoit ſon ſiege devant Damiete. Il avint une nuit que les gardes de l'oſt aprochierent les murs de la citei & eſcouterent, ne rien n'oïrent de nulle part, n'à murs, n'à portes, n'à tourneles. Si s'en vinrent au roi & li dirent : « Sire, il nous ſemble qu'à Damiete n'ait nului : ou il ſont mort, ou il s'en ſont fui. — Par foi, diſt li rois, or n'i a que de l'aſſaillir. Or aus eſchieles ! & qui premiers i entrera, il avera mil beſanz. »

172. Adonc furent drecies eſchieles & atachies aus murs, p. 90
& monterent qui mieuz mieuz, & entrerent dedenz la citei;

ne ne fu qui leur deffendiſt, car il eſtoient preſque tuit mort 1219
& malade. Et vinrent aus portes & couperent les flaiaus, & entrerent enz tuit cil de l'oſt. Et trouverent ſi grant mortalitei de Sarrezins qu'à painne pouoit on dureir pour la pueur; mais li rois commanda que li cors fuſſent portei aus chans & ars. Ainſi fu fait comme li rois l'ot commandei, & fu la citeiz netoïe, & entrerent enz li rois & li legas & tuit li autre, & trouverent la citei bien garnie de froument & de vin, & d'armeures, & d'or & d'argent, & de quanque il convenoit à bonne vile.

173. Ainſi demourerent en Damiete iuſqu'à un iour que li 1221
baron & li haut homme parlerent enſemble & dirent : « Que ſera ce ? Serons nous ouan mais enclos en ceſte citei, ne plus ne faiſons ? Alons, conquerons paiennime ; car Sarrezin ſe ſont eſpars, ne iamais ne feront raſſemblei. Et veez ci un chaſtel qui a à non Tenis, qui eſt près de ci à quatre liues, que nous penrons au premier coup ; & ſe nous l'aviens pris, nous averiens de legier Babiloine. »

174. A ce conſeil s'acorderent tuit, & s'en alerent au roi & au legat, & leur dirent ces paroles ; & li legaz diſt que
p. 91 c'eſtoit bon à faire. Et li rois reſpondi que li legaz diſoit ſa voulentei, ne ne ſavoit pas à quoi ceſte choſe montoit. « Sarrezin ſont mout ſage, & ſi ſont ſour le leur ; & bien voient leur meilleur quant tans & lieus en eſt. Et il ſont maintenant mout courroucié de Damiete qu'il ont perdue ; ſi loeroie endroit moi que on ſe ſouffriſt de ci à tant que la venue dou flun fuſt paſſée.

175. « Certes, diſt li legaz, il me ſemble que il vauroit mieuz li aleirs que li demoureirs. — Certes, diſt li rois, & ie croi que il vaura pis ; & nequedent ià par moi ne demourra, ne ne vuel que nus m'en mete blaſme. — Par foi, diſt li legaz, il n'i a donc que dou mouvoir & d'aleir à Tenis ; & maintenant que nous venrons là, nous l'aſſaurons & la penrons. »

176. Mais il fu tout autrement. Et firent l'oſt mouvoir ; & vinrent à Tenis qui à merveilles ſeoit bel, car il ſeoit ou coing dou flun qui fourche ; & là court uns braz à deſtre & li autres à ſeneſtre. Et a champaingne entre les deus braz dou flun où on puet ahenneir & cultiveir ; & là firent creſtien leur
p. 92 treis porteir à navie, & paſſerent le flun, & tendirent leur treis & aſſizent le chaſtel.

1221 177. Mais il n'i demourerent pas grantment. Quant Saphadins le ſot, qui mout eſtoit ſages ſarrezins, ſi fiſt le flun eſcluſeir & reculeir contremont, & iſſier fors de ſon chaneil, & eſpandre parmi l'iſle où li legaz & li rois Iehans & li creſtien eſtoient logié. Et ainſois qu'il fuſt mie nuiz, il ſe trouverent en l'iaue floutant; & tuit fuſſent noié ſe li ſoudans vouſiſt. Mais il eſtoit ſages durement, & bien ſavoit il que parmi ceus qui enqui eſtoient raveroit il Damiete; & ſe il les noioit il n'averoit mie mout gaaingnié, car Damiete eſtoit bien demourée garnie de bonnes genz. Et pour ce les detint il en tel deſtroit; & leur fiſt ſavoir que ſe il ne li rendoient Damiete, il les feroit touz noier.

178. Quant li rois & li legaz & li autre baron virent qu'ainſi eſtoit, ſi ſe tinrent à muſart; & dirent que mieuz leur veniſt avoir creu le conſeil le roi, mais ce fu à tart. Si firent teil pais comme il porent avoir, tout à la voulentei le ſoudan; & li ſoudans leur delivra les priſons quanqu'il en avoit, vieuz & nouviaus; ne plus ne vout dou leur que Damiete ainſi comme on la trouveroit garnie. Et li fut otroié p. 93
dou roi & des creſtiens; mais li ſoudans ne vout onques penre ſeurtei de Templiers ne d'Oſpitaliers, ne d'homme vivant, fors le cors le roi. Et couvint par vive force que li rois demouraſt en oſtage tant que Damiete fuſt rendue au commandement le ſoudan. Et l'on dit piece a : « Ainſi fait qui mieuz ne puet. »

179. Ainſi fu la citeiz rendue, & li rois & li baron delivrei. Et monterent ſour meir, & vinrent à Acre, & deſcendirent là, & i furent une piece. Si avint que li eſleuz Miles de Biauvais, qui eſtoit chiés d'eus touz, s'en vout revenir en France, & tuit cil qui eſtoient venu avec lui. Et monterent ſour meir, & arriverent à Saint Nicholas au Bar; & de là alerent par terre iuſques à Rome, & vinrent à l'apoſtoile; & requiſt li eſleuz qu'il fuſt ſacreiz.

76. Stephanus de Borbone († 1261).

[*Anecdota ex eius ſermonibus*, ed. Lecoy de la Marche, Par., 1878, in-8.]

*

Audivi in ſermonibus, quod nobilis quidam duos habuit p. 123
filios cruceſignatos : maiori dedit maximas pecunias, minori

paucas, recommendans eum fraterne provifioni. Cum autem redirent ad patriam & maior navem fuam nimis oneraffet bonis, minorem cepit abicere & vilipendere. Cum autem non haberet in navi fua victualia, acceffit ad fratrem fuum, rogans, ut mifereretur eius, quia os fuum & caro fua erat; &, fi hoc non faceret, eo quod frater fuus effet aut propter honorem fuum, faltem pro gracia patris & amore, vel faltem accomodaret ei, & ipfe cum multo lucro ei reftitueret, vel faltem propter periculum fuum & navis fue, que nimis erat onerata. Quem cum nulla racione audire vellet, navis eius pro nimio pondere eft fubmerfa, ipfo nudo a mari exeunte. Alius autem, licet pauper, ad patrem rediens & fratris crudelitatem oftendens, a patre honorifice eft fufceptus & heres omnium bonorum fuorum conftitutus. Alius autem rediens, patris odium incurrens, abicitur &, omnium bonorum pater-
p. 124 norum fpoliatus fucceffione, incurrit perpetuam paupertatem.

[*An hæc ad V Bellum facrum pertineant non liquet.*]

77. THOMAS CANTIPRATENSIS († 1263),

Bonum univerfale de apibus.

[Duaci, 1627, in-8]

*

Lib. I, c. 19, nº 8.

Magnorum virorum fententie contra tenentes plura beneficia.

p. 73 Super hac eadem queftione, cum beate memorie Iacobus de Vitriaco, tunc quidem Achonenfis epifcopus, poftea vero Romane curie cardinalis, magiftrum quondam theologie probatiffimum Robertum de Chorton, Romani apicis cardinalem monentem ante primam Damiate civitatis obfidionem interrogaret, refpondit: « Dico iam migraturus a vita, quod mortale & damnabile eft, dum tamen unum competens fit, beneficia plura retinere. » Hoc idem magifter Petrus, cantor Sancte Marie Parifienfis & dixit & fcripfit. Hoc

idem magister Guiardus, Cameracensis episcopus, verbo huiusmodi confirmavit. Nollem, inquit, pro toto Arabie auro una tantum nocte duo beneficia retinere & certus tamen essem, quod de mane unum illorum idoneo homini conferretur & hoc propter incerte vite discrimen ..... P. 74

Lib. I, c. 22, nº 9.

De Fulcone canonico Insulensi, qui pro inobedientia XXV *annis egrotavit.*

Quale autem malum quidam nostra etate per inobedientiam male cautus incurrit, breviter referamus. Venerabilis Fulco de Gandavo natus, canonicus apud Insulas erat. Hic, ut nobis ipse narravit de seipso, a magistro Iacobo de Vitriaco legato, & predicatore crucis contra Albigenses, rogatus, ut secum crucem per Flandriam predicaret, renuit. Cui cum insisteret per amicos, ut eum adiuvaret in negocio Ecclesie tam necessario & devoto, renuit ille secundo, & nullo modo hoc se facturum asseruit. Tunc magister Iacobus illum magis preceptum timere confidens: « Et ego, » inquit, « precipio vobis auctoritate, qua fungor, ut in nomine Iesu Christi, in remissionem omnium peccatorum vestrorum istud negocium assumatis. » Cui dictus Fulco: « Nullo modo, » inquit, « assumam, & ego rogo vos, ut nequaquam me de hoc ulterius fatigetis. » Mox magister Iacobus in corde graviter commotus, & fere usque ad lachrymas fatigatus, ait illi : « Cùm utique digne possem, auctoritate mihi commissa, vos excommunicare, & omni beneficio privare iam in inobedientia contumacem ; nolo tamen, ne tanto viro tantum videar gravamen ingerere. Rogo tamen Deum, qui omnium cordium est inspector, quatenus reddat vos non solum ad istud, quod spernitis, sed prorsus ad omne opus inutilem. » Mira res ! Mox ad hac verba quartana febris eum cum fluxu ventris invasit, & usque ad finem vite sue per viginti quinque annos irremediabiliter fatigavit. Et audi lector mirum Dei iudicium de hoc viro. Cum talis ac tantus esset, ut ei Dominus Iesus Christus, sicut per fratrem Egidium ordinis Predicatorum in Gandavo percepimus, ante mortem, quasi recenter extensus in cruce, visibiliter appareret, & eum ante finem Augusti mensis prediceret moriturum : nullo modo tamen Dominus

P. 89 (margin, beside line 1 of paragraph); P. 90 (margin, beside "de hoc viro. Cum talis ac tantus esset, ut ei Dominus Iesus")

illi in hac vita parcere voluit, quin eum pro inobedientia tanto temporis spatio flagellaret. Quid ergo dè nobis miseris futurum est, qui parentibus inobedientes frequenter fuimus & prelatis, & Deo patri omnium maxime, qui nos creavit & pascit, si tam perfecto viro pro sola inobedientia non pepercit!....

Lib. I, c. 25, nº 5.

De viro, qui Christo compatiendo obiit.

p. 102 Quid autem in exemplum huius materie contigerit, referamus sicut a fide dignis accepimus. Circa annum ab incar- 1217
natione Domini MCCXVI quidam vir fidelis & bonus de
p. 103 oppido Dinantheo mare transiit & ingressus terram sanctam, loca singula, in quibus pedes Domini stetisse quibusdam indiciis ferebatur, multa devotione & lachrymis visitavit. Cumque venisset ad locum Calvarie, ubi redemptorem nostrum audivit mortis angustias & crucis supplicium pertulisse, gravissimis suspiriis ingemiscens, cum clamore valido & lachrymis dixit: « Quid tibi, benignissime Domine, quid, inquam, tibi Christe retribuam pro omnibus, que prius amator amabilis mihi mirabiliter tribuisti? Vidi plura loca, in quibus natus & inter homines conversatus, doctrinam evangelicam predicasti & deitatis tue indicia per miracula demonstrasti. Nec quidem, ob amorem & reverentiam tui, sincero corde complexus sum: hunc vero locum passionis & mortis tue equo animo videre non possum, ubi clavis crucifigi, terebrari lancea & animam pro nobis tradere voluisti. » Hec ut beatus ille peroravit, exclamans, ruptis vitalibus cordis venis spiritum exhalavit.

Lib. II, cap. 3, nº 9.

Predictarum rerum eventus, & varie crucis apparitiones, & predicationes.

p. 137 De annona vere, quod predixit, evenit. Discoloratas cru- 1246
ces, & ex omnibus mundi partibus, quedam sanctissima Reclusa, ut ipsa mihi retulit, in Brabantie partibus vidit, cum secunda expeditio ad purgandam Albigensium terram per legatos curie Romane missa fuit. Sed & crux a multis populis,

cum in diversis partibus predicaretur, visa fuit manifeste. Nec non & ego, fidelium novissimus, antequam piissimus Ludovicus Francorum rex anno ab incarnatione Domini MCCXLVI, crucem transmarinam susciperet, crucem in celo ex clarissimo & sidereo lumine vidi, nec recolo me decentius & operosius formatam crucem unquam sub aliqua materia, vel figura vidisse. Octenos habere cubitos crucem ipsam in longitudine mihi planissime visum est. Serenum celum erat valde, & sine aliqua nube in aliqua parte sui, sub nostro horizonte celum erat coloris unius. De discoloratis vero crucium fasciculis vidimus : quia prima crux nostri temporis contra terram Albigensium predicata est. Secunda in terram sanctam, contra Saracenos. Tertia iterum contra Albigenses. Quarta contra Stadingos, quos in Theutonia Henricus dux Brabantie cum suis stravit. Quinta iterum in terram sanctam. Sexta contra Aquenses, qui se pro scismatico Frederico quondam imperatore, contra Guillelmum regem Romanorum electum, stultissime opposuerunt. Septima contra Hezelinum nobilem Italie, & eius complices, qui condemnatus, & publicus hereticus, p. 138
fidem catholicam graviter insectatus est. Quot ergo genera crucis : tot colores, tot fasciculos cernimus assignatos.

N° 10.

Crucem suscipientes accipiunt plenariam indulgentiam.

De indulgentia autem, que crucem suscipientibus predicatur, nullus fidelium dubitare permittitur, quin integraliter vere penitentes & confessi indulgentiam recipiant omnium peccatorum, & in ea desiderij voluntate, qua pro fide, si se obtulerit locus, mori gestiunt, totaliter a pena simul absolvantur & culpa. Certa ergo mihi fides de his omnibus est, & nihil hesito de hoc, quod summus pontifex noster per legatos auctoritatis sue mandaverit faciendum.

N° 11.

Quod crux pecunia redimatur.

Sed de his multi fidelium non sufficiunt admirari, qui crucem pecunia redimunt, & hanc in tam modica pecunie quantitate, ut vix decimam, vix vicesimam, vel vix certe bo-

norum suorum saltem mobilium, salvis hereditatibus integris, centesimam partem dare velint. Cum enim laboris iter displicuerit, vel certe lucrorum suorum viderint tempora deperire, querunt dispensationes, legátos Roma multiplicat, qui eos, pecunia mediante, sanctificent, liberosque a peccatis per litteras recommendent. Bona sanctificatio, que liberat a peccatis, bone & beate littere, que se securam & mundatam animam ab omni culpa & pena fecerunt.

No 12.

Crucem sustinent viri religiosi.

p. 139 Sed o quanti monachi in Cisterciensi ordine, vel alias in claustris sunt, qui longa ieiunia, longo tempore disciplinas graves, silentium prope continuum, vestem asperam nocturnas vigilias sustinent, & in his omnibus victum tenuem, & vix ullum solatium habent, & tamen necdum peccatorum suorum indulgentie litteras acceperunt. Credo tibi Paule, sed & in Apostolatu tuis successoribus, credo tibi, inquam, credo, qui veridico ore dixisti: quod reddet unicuique Dominus secundum suum laborem (1 Cor. III, 13, 14). Taceo de fratribus Predicatoribus, qui studiis continuis & vigiliis macerati, non habentes in zona es (Marc. VI, 8), sed membranas maxime Pauli (2 Tim. IV, 13): non in equis aut curribus, sed fessis artubus & pedibus gradientes, predicationibus terras circumeunt. Sed de fratribus Minoribus quidnam dicam? qui duro cincti funiculo, & sine amictu cappe vel pallij, induti tunica super nudo, pedibus nudis super nivem gelidam, quasi super lanam deambulant, & panem suum quotidie quasi pauperes emendicant? Quid, inquam, dicam de talibus? Si non etiam cum his, vel supra hos, qui pro modicis, vel nullis laboribus, sed tantum pecunia peccatorum suorum indulgentiam acceperunt, secundum suum laborem retributionem premij sortientur.

No 13.

De cruce Christi & latronum auctoris admonitio.

Noveris, lector chariſsime, quod Christus portavit crucem, portavit latro, qui credidit, portavit & ille, qui a sinistris pe-
p. 140 pendit. Sed his diverso fine conclusum est. Non credis & hoc

idem sub nostro tempore dispensari? Crucem veram ex proprio corpore dedicatam mensus est Christus: hanc fideles & membris affigunt & mentibus. Fingit & diabolus cruces suas, quas reprobi, mente perversa, tantum membris affigunt.

Lib. II, c. 18, nº 2.

Exemplum de odio intestino terribiliter punito. p. 221-222

[*Sequitur Vincentium Bellov., supra p. 96-97.*]

Lib. II, c. 40, nº 4.

De alio viro sancto ex Brabantia una nocte ad terram sanctam ab angelo translato.

1213 At quoniam in dubium pluribus venire posset, qualiter sub tam brevi temporis spacio, in gravi corpore, per tot maris & terre tractus, hic transire posset: excepto evidenti exemplo Abacuc, per parvam diei horam in Babylonem de Iudea translati: miraculum consimile quod diebus nostris in Brabantia contigit, quod nulli, qui hominem novit, dubium esse potuit, referamus. Anno circiter ab incarnatione Domini MCCXIII, cum crux transmarina ubique fere terrarum predicaretur, erat vir in Brabantia inestimabilis sanctitatis, qui desiderium quidem longum habuerat, terram, in qua steterant pedes Christi, peregrinus invisere: sed retardari a contemplatione divina, in corporali exercitio verebatur. In oratione autem existenti in vigilia sancti Petri ad vincula, clauso cubiculo, astitit illi cum ingenti lumine (erat enim nox) angelus Dei, dicens: « Vidit Dominus ingens desiderium tuum, te scilicet velle invisere terram sanctam, & nunc ad hoc missus sum ad te, ut desiderium tuum compleatur. » Hec dicens angelus, hominem apprehendit, & in una nocte ad omnia loca spectabilia terre sancte transtulit, & eadem nocte retulit. Videbatur autem illi ipsa nox omni die lucidior, ita quod omnium civitatum Gallie, Burgundie, Lombardie, Tuscie, & terre sancte loca, dispositiones, & situs his, qui terras noverant propriissime, designaret. Postmodum vero factum est, ut hortatu quorumdam devotorum virorum, quibus hoc negare non poterat, cum illis crucem susciperet, & eorum dux

Margin notes: p. 402 (beside "At quoniam…"); p. 403 (beside "platione divina…"); Iul. 31 (beside "autem existenti…").

fieret in terram sanctam, planeque per viarum demonstrationem cunctis ostenderet, quod nequaquam mendax, sed verus Dei nuncius, qui eum duxerat, extitisset. Hic vir beatissimus, postquam reversus est, ut vidit, quia in honore haberi cepit apud convicaneos, dulce solum natalis patrie dereliquit, & usque in finem vite in alienis partibus sancte vixit.

Lib. II, c. 43, nº 5.

Exemplum primi modi in Henrico de Colonia, qui futurum cognovit ordinem predicatorum.

ſunt naves 6 nonas iulij, & comes Hollandie portum peciit Iul. 2
cum pluribus navibus in regno Portugalenſe, in cuius in- 1217
troitu tres naves confracte ſunt; comes vero de Wide cum
aliis navibus reliquum intravit portum in eodem regno. Inde
recedentes 6 idus iulij proxima ſequenti feria portum in- Iul. 10
trant Ulixibonenſem; eſt enim Ulixibona civitas optima, Iul. 11
optime ſita, in eo ſcilicet loco, ubi auriferus Tagus mari
occeano copulatur. Hanc enim civitatem quondam conſtruxit
Ulixes, cum a Troia poſt eius deſtructionem receſſit; prius
enim ibidem invenerat Achillem inter filias Lycomedis in
veſte muliebri latentem. Nunc autem ibi veneratur corpus
beati Vincentij levite & martiris. Cum itaque dicti cruce-
ſignati per aliquot dies in hoc loco morarentur, expectantes
alias naves cum quibus condixerant, acceſſerunt ad eos Seve-
rius epiſcopus Ulixibonenſis, epiſcopus Elborenſis, Martinus
commendator milicie de Palmela, Templarij, Hoſpitalarij
cum aliis nobilibus Portugalie, ſuas eis continuas tribula-
tiones & anguſtias ex nimia vicinia Sarracenorum queruloſe
ac lamentabiliter exponebant, aſſerentes caſtrum quoddam
eſſe in foribus ipſorum a Sarracenis inhabitatum, nomine
Alchaz, a quo olim fratres, qui de Gladio appellantur, ſunt
eiecti & captivati, addentes eciam, hoc caſtrum in penſione
100 chriſtianorum ſuo regi de Marroch ſingulis annis fore
obligatum. Sicque petierunt, ut intuitu chriſtiane religionis
ab incolis huius loci valida manu eos dignarentur liberare,
cum hoc caſtrum eſſet clavis & antemurale tocius erroris
Hyſpanie. At dicti comites conſilio cum diſcretis habito,
attendentes viam maris ex inequalitate temporis eis eſſe pre-
cluſam, & preſentiam ipſorum Terre Sancte minus fore uti-
lem, maxime cum Romanorum rex & Romani cum multis
principibus Alemannie hoc tempore non tranſeant, elegerunt
potius in obſequio divino medio tempore inſudare & inimi-
corum fidei fines invadere, quam apud locum aliquem quieſ-
cendo tamquam ſervi inutiles ocio vacare. Sicque ad obſiden-
dum prefatum caſtrum conſpiratum eſt. Ab hoc itaque facto
plurimi diſcordabant, & maxime Freſones, qui proxima
p. 241 ſequenti feria poſt feſtum Iacobi ab Ulixibona cum 80 navi- Iul. 26
bus vel paulo plus receſſerunt. Tertio igitur kal. auguſti a Iul. 30
dictis comitibus obſeſſum eſt caſtrum, ſed 3 nonas huius Aug. 3
menſis advenerunt in pulchro comitatu prefati epiſcopi &

1217 fratres milicie Sancti Iacobi, qui & de Gladio appellantur, cum aliis nobilibus de regno Portugalie. Statim poſt hec impletum eſt foſſatum, & factus eſt inſultus, & inſtrumenta bellica ſunt contra murum, & interfecti ſunt tam chriſtiani quam Sarraceni, iſti lapidibus illi ſagittis. Poſtea acceſſerunt foſſores ſub terra fodientes, ut murum deicerent; at Sarraceni e contrario fodientes noſtros inpedierunt; tamen tam
Aug. 24 illorum labore tam ex iſtorum circa feſtum ſancti Bartholomei cecidit una turris, nec tamen patuit aditus, interior enim
Sept. 9 pars parietis manſit. Proxima itaque ſequenti feria poſt feſtum nativitatis ſancte Marie contra criſtianos congregati ſunt quatuor reges Sarracenorum in multitudine gravi, rex ſcilicet Sibilie, que alio nomine Hiſpalis dicitur, in qua quondam beatus Yſidorus erat archiepiſcopus, & rex de Corduba unde Lucanus exſtitit oriundus, ſicut eius epiſtaphium teſtatur:

Corduba me genuit, rapuit Nero, prelia dixi,
Que geſſere pares, hinc ſocer, inde gener;

tercius rex de Iehen, quartus de Badalouz. Iſti reges fixere tentoria prope chriſtianos ad unam leucam, volentes chriſtianos de prefato caſtro effugare & captivatos ſecum abducere. Sed omnipotens Deus, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus dans gratiam, dignatus eſt ſuos confortare tribus miraculis Cf. Epiſt. (Luſit. (*Ra[...] ed. Manſ*, I[...] ad 1217, §3[...]
Sept. 10 preoſtenſis. Ipſa enim die ad veſperas apparuit triumphale in aëre vexillum ſancte Crucis in ſignum victorie. Poſt noctis medium venit in adiutorium chriſtianorum Petrus magiſter milicie Templi, & in ipſo conflictu viſa eſt candidatorum turba celitus miſſa. Mane autem facto, in die videlicet Proti
Sept. 11 & Iacincti, in maxima elatione dicti reges a parte orientali ad pugnam ſunt ordinati. At chriſtiani, minores hiis numero, maiores autem merito, ſuas acies debito ordine ſtruxerunt a parte occidentali. Unde refulſit ſol in clipeos aureos, & reſplenduerunt montes ab eis, & fortitudo gentium corde confuſa eſt. Quid plura? Illi in viribus, iſti in fide confidunt. At Martinus commendator Palmele, parvus corpore, corde leo, vexillum

.... dextra vibrans clipeumque ſiniſtro p. 242

lateri adaptans, galeato vertice parumper demiſſo, cornipedem acuto calcare pungens, ruiture gentis medium prorupit in agmen; cui non minor ipſo iungitur in pugna Petrus

magiſter milicie Templi; quos audacter ſequitur non ſegnis turba ſuorum. 1217

Hic equus opponitur equis, hic enſibus enſis,
Hic clipeus clipeis, hic obruta caſſide caſſis.

Quid plura? Qui eſt ante ſecula humiliavit eos, quorum prius ſublimes erant palpebre & ſupercilia erecta (cf. *Proverb.*, XXX, 13). Nam duo reges ibi ceciderunt, ille ſcilicet de Corduba & ille de Iehen, preterea plus quam 14 milia Sarracenorum, preter captivos, qui infiniti erant. Inſuper eciam galee, quas per mare adduxerant, fugate ſunt. Reliquerunt eciam in campo omnia tentoria cum tota ſuppellectili ſua. Circa feſtum vero 11 milium virginum per foſſores Octob. 21
cecidit altera turris. Tunc demum perterriti infelices caſtrum reddiderunt, & ſe & ſua in manus chriſtianorum dederunt, qui omnes venundati ſunt. Invente ſunt enim in hoc caſtro tam de viris quam de mulieribus quam parvulis perſone circa duo milia & 50. Et redditum eſt caſtrum ex parte peregrinorum fratribus de Gladio. Poſt Omnium Sanctorum feſtum Nov. 1
univerſus exercitus crucefignatorum reverſus eſt Ulixibonam, tota hyeme ibidem bonam ducens vitam.

[*Infra pp.* 242-244, *ſequitur auctor noſter Oliverium Scholaſticum, pp.* 1397-1398, *ſed addit:*]

Deinde ad montem Tabor pervenerunt, ubi Coradinus caſtrum fortiſſimum cum ſeptuaginta ſeptem turribus conſtruxerat, & duo milia conductorum militum ad reſiſtendum chriſtianis locaverat.

Reges Ungarie & Cypri — Tripolim profecti ſunt, licet multa ſupplicatio patriarche & aliorum regi Ungarie facta proceſſerit.

p. 244 Anno Domini 1218, navalis exercitus, qui apud Ulixibo- 1218
nam hyemaverat, pridie kal. aprilis mare aſcendit; contigit Mart. 31
autem, quod comes de Wede cum paucis navibus de nocte intraret portum quendam Sarracenorum in Kadie, ubi due naves in ſicco manſerunt, ſalvis tamen perſonis & rebus in eis exiſtentibus. Nonis aprilis tranſierunt mare ſtrictum, quod Apr. 5
dividit Europam ab Affrica & eſt latum tria fere miliaria. Quod cum tranſiſſent, occurrerunt eis due naves Sarracenorum, quarum ſpolia ablata ſunt, naute interfecti, naves exuſte. Pridie idus aprilis, ſcilicet in cena Domini, orta eſt Apr. 12
maxima tempeſtas, & naves ſeparate ſunt ab invicem, & quedam ex eis batellos ſuos vi tempeſtatis perdiderunt. Nocte Apr. 15

1218 vero pasche sevior erat tempestas & maximum passi sunt periculum. Unde quedam naves applicuerunt apud Barcinonam P. 245
in regno Aragonensi, quedam apud Marsiliam, quedam transeuntes inter duas insulas, Sardenium scilicet & Corsicam, pervenerunt ad Ianuam sive Pisam sive Messanam. Messana nobilissima metropolis est in Sicilia; habundat enim frumento, oleo & vino. Et sic successive transfretabant, & pervenerunt usque Acon. Ibi placuit patriarche, regi, episcopis, ducibus, Hospitalariis, Templariis ceterisque crucesignatis navigio in Egyptum descendere, & inimicorum sancte crucis potentiam auxiliante Deo conterere.

[*Infra p. 245-250 iterum sequitur Oliverium Scholasticum, pp. 1402-1414, sed hæc addit:*]

1219 Sunt autem hec (Craccum & Mons Regalis) duo loca in Arabia sita — P. 249
& qui hec potenter tenuerit, Ierusalem cum voluerit graviter nimis cum P. 250
agris & vineis ledere poterit. In hoc tandem convenerunt fideles, ut primum civitas expugnaretur, licet opus causa liberationis Sancte Terre fuerit inchoatum, & omnium crucesignatorum talis fuit intentio.

Nov. 5 Igitur non. novembris capta est Damiata absque deditione sine defensione, sine violenta depredatione cum tumultu, ut soli Filio Dei ascribatur evidenter victoria. Itaque cum primo civitatem intrassent plus quam tria *Epist.* Hen[...]
milia mortuorum invenerunt in ea more canum in plateis insepultos [*Chron. de* [...]
iacere. Reliqui omnes in ea debiles fuerunt. Quidam siquidem christiani (Bannatyn[...] 136.]
circa medie noctis silentium consilio, ut credimus, quorumdam de civitate intromissi fuerunt, & legatus intromissis nuntiis turres & homines perfide gentis quam plurimos captavit. Alij multi ascendentes turres fortiores, aurore lucem in eis prestolabantur. Exortaque luce nonarum novembrium omnes se captivos Sarraceni Damiate dederunt & civitatem totaliter in potestatem christianorum, quamvis inviti, tradiderunt.

97. *Annales Claustroneoburgenses* (— 1224).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, IX.]

*

CODEX SCOTORUM.

1217 1217. Leupoldus dux Austrie & Stirie & Andreas rex Ungarie versus Iherosolymam egressi sunt.

CODICES B.

1217. Rex Ungarie Andreas & Liupoldus dux Austrie & Styrie cum aliis quam plurimis ad terram promis- P. 622

ſionis tendunt. Idem dux Liupoldus transfretavit mare xvj diebus, Deo protegente, quod antea valde inauditum erat.

1218. In principio anni ipſius Andreas rex Ungarie exercitum Chriſti relinquens diſceſſit non minima manu collecta, & in fine anni ipſius vix cum magno labore contumelioſe propriam terram ingreditur. Damiata civitas regalis in Egipto ſita, auctore duce Liupoldo & inſtigante ab exercitu chriſtianorum circumdatur. Pagani multas civitates proprias timore perterriti vacuas dereliquerunt; inſuper & caſtella plurima propria valde munita propria manu deſtruunt.

1219. Leupoldus II dux Auſtrie & Stirie a Damiata & a terra Ieroſolimitana reverſus eſt.

1219. Civitas ſancta Ieruſalem ab ipſis paganis magna ex parte deſtruitur. Liupoldus dux Auſtrie & Styrie glorioſe ad propriam terram terram revertitur. **Damiata civitas nocte furtive ac miraculoſe a chriſtianis capitur, nullo tamen chriſtianorum pereunte.** 1219

(...iſt. *princ.* ...rt., *Ampl.* ...,V, 1479.)

1221. Damiatam civitatem, quam magna probitate chriſtiani acceperunt & per duos annos poſſederunt, hoc anno amiſerunt tali modo. Chriſtiani exierunt a Damiata circa centum milia hominum & plus, ut caperent pontem

1221. Dux Bawarie Ludwicus, epiſcopus Patavienſis Ulricus, cum aliis multis heu malo noſtro ad Terram ſanctam tendunt. Civitas illa regalis Damiata in Egipto a Sarracenis ſine leſione chriſtianorum captivatur, & multi 1221

diſtantem ad 5 vel 4 raſtas, tranſeuntem flumen minus, quod dividitur a maiori; quem pagani ne tranſirent chriſtiani deſtruxerunt. Chriſtiani vero quia non habebant copiam navium, inter duo flumina tentoria ſua erexerunt, expectando naves domini imperatoris, & fecerunt magnam & profundam foſſam circa ſe; nec auſi fuerunt pagani irruere ſuper eos. In eodem vero tempore Nilus ſtagnavit ſicut ſolet Egiptum irrigare quolibet anno, & ſic inundatione aquarum Nilus tranſivit ripas & finitima loca replevit. Implevit etiam foſſam illam quam chriſtiani fecerant circa ſe. Tunc pagani venientes ſciderunt terram de minori flumine in flumen magnum quod currit in Damyatam; per quam ſciſſuram repletam aquis induxerunt naves ſuas in flumen magnum, & ſic de Damyata victualia ad chriſtianos per aquam portare prohibuerunt. Chriſtiani vero fame valida coacti conſilio principum exierunt foſſam volentes redire in Damyatam. Pagani vero incluſerunt chriſtianos, & quos aqua non ſubmerſit comprehenderunt; multos autem ſagittis occiderunt, & fuit ibi ſtrages ad 35 milia chriſtianorum, & ſic pro omnibus a captione chriſtianorum qui captivi tenebantur in paganiſmo, a vinculis reſolvuntur. Dux predictus Ludowicus confuſe revertitur.

Damyate comprehensis christianis & pro vera cruce reddita est Damiata paganis. Eodem vero tempore pirate paganorum combusserunt igne inextinguibili 700 tam sacerdotes quam alios clericos in una navi in flumine. In fine eiusdem anni Udalricus Pataviensis episcopus redeundo a Terra sancta obiit.

98. Burchardus Biberacensis († 1226),

Chronicon.

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XXIII.]

*

p. 380 1218. Interim Templarij & Hospitalarij Hierosolimitani, adiunctis sibi quibusdam principibus Alamannie & populo christiano, pergunt navigio ad capiendam quandam civitatem Saracenorum, nomine Damiatam, ut eam possiderent in recompensationem civitatis Hierosolimitane & Terre sancte. 1218

Fuit autem civitas illa sita super unum brachium Nili fluminis versus septentrionem, distans ab Alexandria versus septentrionem per sex dietas. Et erat muris & situ loci munitissima, ubi portum habent Sarraceni in mari magno. Merces quippe de mari Rubro venientes ab India, ex Perside & Arabia illuc deportantur, & nichilominus ex Egipto. Nilus quippe fluvius in superiori Egipto in duo brachia dividitur, ita ut terram inferioris Egipti disterminet in figuram quasi triangulam, in qua Delta, dicit Orosius, contineri civitates famosas centum quinquaginta. Utrumque vero istorum brachiorum cadit in mare magnum, unum apud Alexandriam versus Libiam, alterum apud Damiatam versus Arabiam & Idumeam & Palestinam.

Cumque advectis navibus populus christianus convenisset illuc, non poterant intrare portum, nec applicare ad terram,

1218 quia in ipſo flumine conſtruxerant Sarraceni turrem firmiſſimam, per quam extendebant ultra flumen cathenam mire magnitudinis, ut naves non poſſent attingere portum, niſi relaxata cathena. Primum itaque chriſtiani cathenam illam invadunt & conſilio artificum & auxilio viriliter pugnantium eam confringunt. Poſtmodum navigio advecti ſuper naves quandam turrem ligneam conſtruunt magne altitudinis, ut ex ea turrem Sarracenorum expugnent. His preparatis, viri fortiſſimi & ad bella ſtrenuiſſimi tradentes animas ſuas in mortem pro amore crucifixi, facientes confeſſionem de peccatis ſuis & communicato ſacramento corporis & ſanguinis Domini aſcendunt in turrem illam ligneam, turriſque advehitur ad turrem Sarracenorum. Cumque hinc inde pugnatur, cedunt naves & turris corruit & qui in ea erant ſubmerſi ſunt in flumine, inter quos erant nobilis vir Heinricus de Buſmannehuſen & N. de Hoſteten & alij quam plures eterna & beata memoria digni. Hoc eventu contriſtati ſunt chriſtiani. Attamen cum cottidie ex adventantibus creſceret exercitus & robur eorum, non deſperaverunt de miſericordia Dei, quin immo turrem aliam conſtruxerunt & naves fortius compaginaverunt & omni cautela & ſtudio firmaverunt, quam appellentes eodem modo, ſicut & prius, turrem Sarracenorum viriliter expugnaverunt & portu optato ſunt potiti & ad terras applicuerunt. Ubi primo cum Sarracenis duros conflictus habuerunt; pugnatumque eſt in terra & in mari & in flumine. Referam unum, quod legi in ſcriptis cuiuſdam eas pugnas prolixius deſcribentis. Erat navis una in ripa fluminis, in qua erant chriſtiani; hec, neſcio qua occaſione, impetu & violentas fluminis appulſa eſt iuxta muros civitatis. Tunc Sarraceni erumpentes & de muris ſe demittentes cum chriſtianis in navi pugnare ceperunt. Videns autem quidam de chriſtianis, quod non poſſent reſiſtere, ad fundum navis ſe dimiſit & eundem fundum perforavit & perfregit, ut aqua undique ingrederetur, repletaque navi aquis cum Sarracenis & chriſtianis merſa eſt ad fundum fluminis ubi quam plures tam Sarraceni quam chriſtiani ſubmerſi ſunt.

1219 1219. Poſt multas denique pugnas obſeſſa eſt civitas tam p. 381
in terra quam in flumine quam in mari, ut nullus poſſit ingredi vel exire. Illi quoque, qui in terra erant, vallo firmiſſimo & meniis ſicut poterant ſe cinxerunt, ne Soldanus aut

Sarraceni, qui exterius erant, possent facere impetum in eos, quod etiam sepius Sarraceni attemptarunt. In his conflictibus & operibus Colonienses & Fresones & alij de inferioribus partibus se strenuissimos & laudabiles exhibuerunt. Fama itaque divulgata, quod obsessa esset civitas, cottidie crevit exercitus christianus, nam multi adventabant, inter quos bone memorie Sifridus Augustensis episcopus & comes de Voheburc & alij quam plures advenerunt. Videns autem Soldanus, quod ab obsidione non posset eos vi repellere vel suis auxilium conferre, cepit de pace tractare. Volebat autem reddere christianis civitatem Hierosolimam & eam reparare in muris & edificiis, sicut erat quondam, quando pater suus Saladinus cepit eandem. Insuper omnem terram, quam olim possidebant christiani, exceptis duobus castris, volebat restituere, quatenus recederent ab obsidione. Quam compositionem legatus sedis apostolice qui aderat & Templarij & alij rectores exercitus pro sua superbia admittere recusabant. Ideo contigit, ut ad modicum letificati gaudium, quod stulte de prospero successu acceperunt, infeliciter perderent. Cumque civitas diu obsideretur & obsessi nunc fame, nunc peste perirent, & portas civitatis undique muris obstruxissent, pre anxietate magno silentio tota civitas conticuit. Sane quidem in exercitu christiano cum quibusdam occulte consilium iniit, ut in quadam parte civitatis clanculo de nocte scalas adveherent, per quas primo diluculo muros civitatis ascenderent, nam vigiles iam conticuerant. Sicque factum est. Cumque ascendissent muros civitatis, exclamaverunt captam esse civitatem. Sicque timor & fuga facta sunt intra muros, extra vero tumultus undique irruentium in ipsam civitatem sive per muros ascendentium sive portas & muros infringentium. Factaque est intra civitatem cedes maxima Sarracenorum, tam virorum quam mulierum quam parvulorum, ita ut esset miserabile spectaculum etiam ipsis christianis rectis corde & flexis humana compassione. Iam expelluntur Sarraceni, & christiani possident civitatem & firmant eam undique. Multi quoque principes & alij christiani cottidie adveniebant in ipsam civitatem pro defensione ipsius contra Sarracenos. Inter quos advenit etiam Ludewicus dux Bawariorum, qui iam dudum fuerat cruce signatus.

Cumque possessa esset civitas a christianis iam usque ad 1221

secundum annum vel amplius & prefatus dux advenisset & populus excrevisset in civitate, factum est de consilio prefati ducis, ut aiunt, & legati sedis apostolice & aliorum rectorum populi, ut multi cum eisdem egrederentur de civitate ad occupandum quendam locum pro construenda ibidem nova civitate contra Sarracenos. Erat autem locus ille inter duos fluvios in angulo situs, ubi quidam torrens de montibus Arabie cadebat in Nilum fluvium. Cumque audiret Soldanus, ibidem demorari principes & exercitum christianorum, fecit aquas ipsius torrentis in quadam concavitate & valle montium retineri, ut ibidem excrescerent in maxima quantitate. Cumque christiani fixissent tentoria sua & menia posuissent in prefato loco, Soldanus rex cum exercitu suo cepit adventare & de nocte iussit dimitti aquas torrentis super castra christianorum. Surgentes itaque de mane, tam homines quam equi steterunt in aquis profundis; tunc coangustatos ipsos cum exercitu circumdedit Soldanus. Fugam vero non invenientes neque copiam resistendi habentes, tanquam in morte positi pro vita retinenda humiliter supplicabant. Quibus Soldanus tamquam pius & bonus vitam concessit & reditum ad sua tali condicione, quatenus Damiatam sibi restituerent. Et ne viderentur christiani in possessionem eiusdem civitatis intrasse, sive iure belli, sive alio quocumque iure, statuit ut singuli homines christiani, qui essent in ea, pro exitu & liberatione sua solverent starlingum unum. Sicque factum est, ut exercitus christianus, qui prius in superbia & in abusione elatus, absque Deo in suis viribus confidens, fiduciam habebat inanem, confunderetur, & tam Damiata quam Terra sancta adhuc perdita inveniretur. Faciant super hoc rumore planctum & lamentationem & deplorationem hi, qui sciunt verba multiplicare & conquestiones de rebus miserabilibus facere & animos hominum ad deplorandum & compatiendum suis elegis versibus inclinare. Nos vero ad texendum & retexendum rerum gestarum historiam properabimus.

1221 Anno Domini 1224, Damiata perdita fuit.

99. Conradus Schirensis,

Annales (— 1226).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XVII.]

*

p. 632 1221. Loudwicus dux Bawarie trans mare ivit cum aliis quam plurimis. Ubi presente Pelagio legato Romano civitas Tamiat dicta, a christianis triennio possessa, permissione divina paganis redditur. Crux etiam sancta christianis per soldanum restituitur. Idem soldanus quamplures captivos christianos libertati restituit. 1221

100. *Annales Gotwicenses* (— 1230).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, IX.]

*

p. 603 1221. Damiatensis civitas miro Dei iudicio illesis christianis a Sarracenis possessa est, sed non post multum temporis verbere celesti urgente per pestilentiam paganis inhabitabilis efficitur. Ulricus Pataviensis episcopus in ipso reditu defungitur. 1221

101. *Vita sancti Engelberti* (c. 1230).

[Böhmer, *Fontes RR. Germanicarum*, t. II.]

*

VI

p. 301 ..... Iohannes rex Hierosolymitanus propter eum & cum eo Coloniam divertit. Ubi tam magnifice susceptus est ut tam eius quam civitatis gloriam admirari non sufficeret. Quod dictum est de Salomone, qui regnavit in Hierusalem, quod reges terre desideraverunt videre faciem eius & audire sapien- 1224

tiam eius & obtulerunt ei munera: etiam de ipso exponi potest. Cognita eius sapientia atque potentia &, quod potentior esset imperio, reges terre, Francie scilicet & Anglie, Dacie, Bohemie & Hungarie, miserunt ei munera in auro & argento gemmisque preciosis, eius adspectu & colloquio, vel pro amicitia comparanda, vel pro diversis causis & necessitatibus, uti desiderantes. Hec que a me in eius laude scripta sunt, qui legerit & illius gesta viderit, dicere poterit quod regina Saba Salomoni dixit: *Probavi*, inquit, *quod media pars mihi nunciata non fuerit. Maior est sapientia tua & opera*, *quam rumor*, *quem audivi* (3 Reg. x, 7), fama nominis eius & operum iam usque ad exteras nationes pervenerat, & timebant eum Sarraceni.

102. *Contin. Claustroneoburgica III* (— 1233).

[*Mon. Germ.*, *SS.*, IX, 635.]

*

[*Sequitur* Ann. Claustroneob., II, *supra pp.* 152-155.]

103. *Chronicæ regiæ Coloniensis continuatio quarta* (— 1238).

[Ed. G. Waitz, Hannov., 1880, in-8.]

*

1221 A. D. 1221, lamentabilis rumor & tristis tuba omni orbe p. 251
christiano insonuit: Damiatam scilicet, quam christiani summo labore & multorum sanguinum effusione ceperant & possederant, soldano Babilonie redditam fuisse. Quod tali modo evenit. Ad instantiam & hortatum legati sedis apostolice ceterorumque primorum, christiani ad ducenta milia Damiatam sunt egressi, copiosas naves cum victualibus secum ducentes, Kaer que & Babilonia dicitur, regiam civitatem, expugnaturi. Quatuordecim fere miliario processerant ad locum ubi Nilus in duo brachia dividitur, quorum unus versus Alexandriam tendit, ibique pontem extruere anticipabant. At soldanus hoc conperto, cum valida manu Egiptiorum & aliorum

p. 252 gentilium eis occurrens, opus inceptum inpedivit & sagittis eos lacessivit. Cumque cotidiano insultu multi ex parte utraque necarentur, & quadam die plurimi gentilium cecidissent, irati gentiles septingentas & quinquaginta christianorum naves cum hominibus & victualibus greco igne conbusserunt. Preterea fluvius eo tempore excrescens, scissuras terre implevit, homines & iumenta operuit & delevit. Duplici articulo, tam fluvij inundantis, quam gentilium continua inpugnatione, primates christianorum artati, in hoc consenserunt, ut Damiatam soldano resignarent, omnes christianos per regnum ipsius sive fratris sui Coradini vinctos recepturi. Annuit soldanus, redditisque christianis, Damiatam recepit. Ex hoc liquet certissime, peccata in hanc miseriam christianos traxisse, quod prius soldanus eis obtulerat, sese regnum Iherusalem eis redditurum, urbem reedificaturum Damiatam, quiete cum adiacente regione ad 20 miliaria possidendam, ne ulterius in terram suam procederent.

104. Cono, prepositus Lausannensis,

Nota (— 1240).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XXIV.]

*

p. 781 1217. Anno ab incarnatione Domini 1217 feria 6 post octabas apostolorum Petri & Pauli assumsit dominus B. Lausannensis episcopus signum crucis Lausanne. Iul. 7

p. 782 1220. Anno ab incarnatione Domini 1220 tercio Idus Iulij obiit Bertoldus Lausannensis episcopus, qui tenuerat episcopatum annis 8 & mensibus 6. Transiit autem feria 2 orto iam sole, die, qua debebat iter accipere eundi in succursum terre Gerolitane & planxit eum tam clerus quam populus inextimabili plantu. Iul. 13

[*Eadem ad annum* 1220 *repetit Cono,* Gesta episcoporum Lausann. (— 1240), *in* Mon. Germ., SS., *XXIV, p.* 803.]

105. Cæsarius Heisterbacensis († 1240),

a) Dialogi miraculorum.

[Ed. Strange, Colon., 1851, in-8.]

*

II, c. 7.

De Godeſcalco uſurario, qui ſedem igneam ſibi in penis preparatam vidit.

Monachus: Eo tempore, quo magiſter Iohannes Xantenſis ſcholaſticus & magiſter Oliverus ſcholaſticus Colonienſis crucem contra Sarracenos predicaverunt in dioceſi Traiectenſi, ſicut mihi retulit ſupradictus Bernardus, qui tunc temporis collega fuit eiuſdem Oliveri & cooperator in predicatione, erat ibi quidam ruſticus, ſi bene memini, nomine Godeſcalcus, opere uſurarius. Iſte cum ceteris, non ex devotione, ut poſtea patuit, ſed ex circumſtantium importuna admonitione, crucem ſuſcepit. Cum diſpenſatores ex mandato Innocentij pape pecuniam redemtionis colligerent a ſenibus, pauperibus & infirmis, idem uſurarius ſe pauperem mentiens, cuidam diſpenſatori circa ſummam quinque talentorum dedit, talique dolo ſacerdotem circumvenit. Teſtati ſunt poſtea vicini eius, quod dediſſe potuiſſet quadraginta marcas, nec tamen exheredaſſet liberos ſuos, quod ipſe pretendebat. Deus autem, qui falli non potuit, eius fallacie poſtea terribiliter concluſit. Sedebat miſer in tabernis Deum provocans, eiuſque peregrinis exprobrans in hunc modum: « Vos ſtolidi mare tranſibitis, ſubſtantiam veſtram expendetis, vitamque veſtram multis periculis exponetis. Ego vero cum uxore & liberis meis domi reſidens, propter quinque marcas, quibus redemi crucem meam, ſimilem vobis habebo mercedem. » Sed iuſtus Dominus, ut palam oſtenderet, quantum ei placeret labor & expenſe peregrinantium, & quantum eius oculis diſpliceret dolus ac blaſphemia detrahentis, hominem miſerrimum tradidit Satane, ut diſceret non blaſphemare. Nocte quadam dormiente eo cum uxore ſuo, in proprio mo- I, p. 191

lendino domui sue contiguo motum quasi rote molentis audivit. Clamansque puerum, dixit ei : « Quis admisit molendinum ? Vade, vide quis ibi sit. » Ivit puer, & rediit; nimio enim horrore perculsus procedere non potuit. Cui dominus: « Dic, quid est ibi ? » Respondit : « Tantus horror ad ostium
I, p. 71 molendini invasit me, ut compellerer redire. » Et ille : « Etiamsi diabolus ibi sit, ego vadam & videbo. » Iniectaque toga scapulis, eo quod nudus esset, ad molendinum venit, ostium aperuit, introspexit, in quo horrendam visionem vidit. Stabant ibi duo equi nigerrimi, & vir quidam deformis eiusdem coloris iuxta equos. Qui dicebat ad rusticum : « Festina, ascende equum istum, quia propter te adductus est. » Expalluit ille & contremuit, quia iubentis vocem minus libenter audivit. Cumque ad talem obedientiam imparatus esset, iterato clamat diabolus : « Quid tardas ? Proiice vestem & veni ! » Erat autem crux, quam susceperat, eidem vesti assuta. Quid plura ? Virtutem diabolice vocis per desperationem in corde suo sentiens, & iam resistere non valens, vestem reiecit, & molendinum intravit; equum, imo diabolum, ascendit. Ascendit & diabolus equum alterum, & sub multa celeritate simul deducti sunt ad diversa loca penarum. In quibus homo miser patrem & matrem miserabiliter vidit, aliosque plurimos, quos defunctos ignoravit. Vidit ibi etiam quendam honestum militem nuper mortuum, Heliam nomine de Kininge, burgravium in castro Huorst, vacce furenti insidentem averso corpore, ita ut dorsum haberet ad cornua vacce. Que huc illucque discurrebat, & crebris ictibus dorsum militis cruentabat. Cui cum usurarius diceret : « Domine, qua re sustinetis tantam penam ? » respondit : « Vaccam istam rapui sine misericordia cuidam vidue, & ideo sine misericordia oportet me ab illa penam hanc sustinere. » Ostensa est ei in eisdem locis ignea sedes, in qua nulla poterat esse quies, sed sessio penalis, & pena interminabilis. Dictumque est ei : « Modo reverteris in domum tuam, post tres autem dies exuto corpore reverteris in locum tuum, & mercedem tuam accipies in sede ista. » Mox a demone reductus & in molendino depositus, pene exanimis relectus est. Inventus ibi ab uxore & familia, atque in lectum deportatus, cum requireretur, ubi esset, vel unde veniret, respondit : « Ad loca infernalia ductus fui, & hec atque hec ibidem vidi. Ostendit mihi in eisdem locis ductor meus sedem unam, & dixit, quia mihi foret pre-

parata, & quia post tres dies recepturus essem mercedem meam in ea. » Vocatus est sub celeritate sacerdos, rogatus ab uxore, ut pusillanimem confortaret, desperatum erigeret, & ad ea que sunt salutis, hortaretur. Quem cum sacerdos moneret, ut contritionem haberet de peccatis suis, & ut puram faceret confessionem, dicens, neminem debere de Dei misericordia desperare, respondit: « Quid prosunt verba ista? Non possum conteri, superfluum iudico confiteri. Quod de me dispositum est, necesse est impleri. Sedes mea parata est, post tertium diem illuc veniam, & secundum quod gessi in ea recipiam. » Sicque sine contritione, sine confessione, sine viatico & sacra unctione tertio die defunctus, in inferno sepultus est. Sacerdos vero cum ecclesiasticam ei negat & sepulturam, ab uxore eius corruptus, in cimiterio positus est. Propter quod postea in Synodo Traiectensi accusatus, pena nescio qua mulctatus est. Vix sunt tres anni elapsi, ex quo ista contigerunt. Ecce iste sicut superior cecidit, & minime surrexit.

I, p. 72

III, c. 6.

De virgine, quam demon in specie viri precabatur; item de viro, cui idem demon peccata ficte confessa abiecit; & de puella, cuius devirginationem prodidit. I, p. 116

Tempore illo, quo scholasticus Coloniensis Oliverus crucem predicavit in partibus Brabantie, sicut mihi narravit Bernardus monachus noster, tunc eius collega in predicatione, fuit ibi puella quedam religiosa, & voto virginitatis gloriosa, orta de Nivella. Invidens diabolus tante virtuti, in specie viri ad modum pulchri satisque decenter vestiti apparet virgini, cepit illam verbis amatoriis sollicitare, clenodia offerre, laudare coniugij fecunditatem, virginitatis vituperare sterilitatem. Cui virgo, nesciens quis esset, respondit: « Virum ducere non propone, Christi amore nuptias carnales postpono & contemno. » Cumque lascivus ille spiritus nimis esset ei importunus, in diversis locis ad illam veniens, sciens puella multas esse virgines se pulchriores, nobiliores atque ditiores, cepit amatorem phantasticum habere suspectum, ita ut ei diceret: « Bone domine, quis vel unde estis, quod tanto mihi desiderio copulari affectatis? » Cumque ille invitus se proderet, & virgo tanto propensius instaret, tandem demon neces-

sitate compulsus, confessus est dicens : « Ego sum diabolus. » Ad quod verbum illa expavescens, respondit : « Ut quid ergo exigis carnale coniugium, quod nature tue dignoscitur esse contrarium ? » At ille : « Tu tantum mihi consenti, nihil aliud a te nisi copule consensum requiro. » Ad quod puella respondit : « Modo omnino tibi contradico, » fugans illum sancte crucis signaculo. Veniensque ad sacerdotem, revelavit illi demonis insidias ; a quo satis edocta, ne maligno consentiret, reversa est in domum suam. Demon vero post confessionem eam omnino non deferens, de remoto tamen alloquens, in tantum illam vexavit, ut quaslibet immunditias in eius scutellam mitteret cum manducaret. Unde & mulierum custodie ei adhibite sunt. In quacunque
I, p. 117 domo illa fuit, illic demon responsa dedit. Ab omnibus quidem audiebatur, sed a sola puella videbatur. Eratque tam nequam idem spiritus, ut presentium peccata detegeret, crimina improperaret, nec aliquod peccatum eum lateret, nisi quod vera confessio tegeret. Ostendit & alia signa nequitie sue. Stercora, aliasque confractas fimo plenas, super confluentes spargebat. Dixerunt ei quidam : « Nosti, o diabole, Dominicam orationem ? » Respondente illo : « Optime scio, » rogatus est illam dicere. Et ait : « Pater noster, qui es in celum, nomen tuum, fiat voluntas & in terra, panem nostrum quotidianes da nobis hodie, sed libera nos a malo. »

Et cum plures in eadem oratione fecisset saltus atque barbarismos, cachinnando subiunxit : « Ecce sic vos laici dicere soletis orationem vestram. » Requisitus etiam de symbolo, dixit se bene & optime scire, sic incipiens : « Credo Deum patrem omnipotentem. » Cui cum quidem dicerent : « Dicere debes, Credo in Deum, » illeque subiungeret : « Credo Deo ; » viri literati, qui tunc erant presentes, diaboli verbum notantes, & vim accusativi intelligentes, instituerunt ut diceret « Credo in Deum. » Et non poterant eum ad hoc inducere.

III, c. 21.

I, p. 136 *De peregrinis qui propter peccata unius hominis in mari periclitati eiusdem confessione sunt liberati.*

Peregrini quidam, sicut magister Iohannes Xantensis populo recitavit in suis stationibus crucem predicans, cum tempore

quodam transfretarent in succursum terre sancte, orta est eis in mari tempestas tam valida, ut navis ipsa operiretur fluctibus. Fremebant venti, excitabantur fluctus turbulenti, nutabant viri fortissimi, spes omnis nautarum defecit. Videntes ante oculos mortem, ceperunt singuli, unusquisque sibi vicino de peccatis suis facere confessionem. Et merito. Nam propter unius hominis peccata Dominus eandem excitaverat tempestatem. Erat enim in navi illa homo quidam miserrimus, homo fetidissimus, cuius peccata fuere tam gravia, tam turpia, tam horrenda, tam in quantitate quam in qualitate, ut nec ipsum mare pondus illorum posset portare. Cum natura eius sit eiicere immunditias quaslibet corporales, quomodo equanimiter sustineret tantas immunditias spirituales, id est, peccata I, p. 137
creatori suo contraria? Timens homo ille peccator vite tunc simul & anime & propter se omnes alios periclitari considerans, surrexit & ait: « Audite, fratres, audite. Si propter peccata tempestas hec orta est, ego occasio sum tanti periculi. Rogo, ut audiatis confessionem meam. » Tacentibus omnibus cepit voce valida tantum venenum peccatorum evomere, ut aures humane etiam horrerent audire. Mira clementia Dei. Mox ut massam iniquitatis per confessionem eiecit, mare furens siluit, & facta est tranquillitas magna, ita ut omnes mirarentur. Miris miranda succedunt. Statim ut navis ad litus pervenit, audita peccata Deus de memoriis singulorum delevit. Bene permisit, ut quamdiu erant in navi conclusi, confunderetur in aspectu illorum; & ne exeuntes forte eius peccata propagarent, vel improperarent, induxit eis oblivionem. Bene retinuerunt se in mari fuisse periclitatos, hominem aliquid fuisse confessum; sed quid dixisset, prorsus ignoraverunt. Et hoc ipsum didicit experimento.

IV, c. 10.

De sacerdote signato, quem diabolus, edito sermone a quodam predicatore crucis, invasit. I, p. 181

Eo tempore, quo Oliverus scholasticus Coloniensis, cuius in secunda distinctione mentionem feci, crucem predicavit inter Brugge & Gint, civitates Flandrie, venit ad fratrem Bernardun monachum nostrum, qui tunc comes erat verbi, & collega eiusdem Oliveri, sacerdos quidam Sigerus nomine,

in habitu religioſo, cappam habens in pectore ſignatam, quaſi
I, p. 182 Templarij. Erat autem facie pulcher, & ſtatura procerus, atque in ſuo idiomate ſatis facundus. Hic cum obtuliſſet iam dicto Bernardo diverſi coloris gemmam, & dixiſſet ſe illam attuliſſe de Septia, & tante eſſe virtutis, ut victorioſos efficeret, qui ea uterentur; reſpondit ille: « Domine, veſtra non recipiam, ſi potero vos apud magiſtrum rationabiliter promovere, bene experiemini. » Ad hoc videbatur laborare, ut haberet auctoritatem ab illo predicandi. Eadem die conceſſum eſt ei ſermonem facere ad populum. Sequenti die cum prefatus Bernardus in proxima ſtatione verbum exhortationis propoſuiſſet turbis, & Sigerus adeſſet, finito ſermone idem Sigerus pronus in terram corruit, & quaſi obſeſſus, ſicut revera fuit, omnes ſui corporis geſtus formavit. Mox accurrens magiſter Oliverus cum clericis, hominem ſignavit, & in eccleſiam tractum coram altari depoſuit, ubi multas blaſphemias & verba quedam horribilia miſer ille in Deum & in eundem Oliverum evomuit. Tunc coreo ligatus, curruique impoſitus, ad notos ſuos deportatus eſt. Quem, ut aiunt, demon quinta die, prout ei promiſerat, exſtinxit. Ex cuius vexatione ſeu morte ſatis datum eſt intelligi, quod eius predicatio non fuerit devotionis, ſed magis ambitionis. Dicitur & apoſtata fuiſſe, & a domino papa literas, ut eum provincia toleraret, obtinuiſſe. Alij dicebant, quod etiam fuerit in nave illa excommunicata, que Sarracenis arma bellica vendiderat in Septia. *Novicius:* Miror, quare Dominus in iſto huius modi contemtus tam acriter vindicaverit, cum tales ſint hodie plurimi ſacerdotes Chriſti ſacroſancta myſteria indigniſſime tractantes, & tantum per occaſionem illum predicantes. *Monachus:* Ad terrorem arbitror factum aliorum ſacerdotum, tum ne fermentarent illam puriſſimam predicationem crucis, que tantum fiebat ad honorem Chriſti; tum propter merita iam dicti Oliveri. Quam dure Chriſtus tunc temporis vindicaverit dolos & iniurias ſibi in predicatoribus irrogatas, habes exemplum in diſtinctione ſecunda capitulo ſeptimo de Godeſcalco uſurario, qui diſpenſatorem doloſe circumvenit; habebis & aliud in capitulo ſequenti de ſuperba
I, p. 183 vetula, que magiſtrum Arnoldum predicti Oliveri diſcipulum, predicantem ſubſanavit.

IV, c. 11.

De vetula, que per choream verbum crucis a magistro Arnoldo prolatum impediens & irridens, infra triduum defuncta est.

Cum esset idem Arnoldus pastor in Burgunde, que est
Iun. 29 villa Duentie, & in die Apostolorum Petri & Pauli, eius parochiani quendam ludum annuum in choreis & musicis instrumentis recolerent, ipse iam habens predicandi auctoritatem, cum cruce ad choream accessit, & ut a ludo diaboli recederent, omnes monuit, rogavit & precepit. Qui cum in eodem loco predicare cepisset, quidam obedientes ad predicationem eius venerunt; alij cum indignatione recedentes, contra choream steterunt; nonnulli in sua pertinacia permanserunt. Inter quos erat vetula una stulta ac superba, que quotiens ad sacerdotem Domini in chorea circumeundo venisset, contra eum respiciens cantando subsannavit. Que infra triduum subito defuncta est. Quam vir sanctus sic deflevit, ac si manibus suis illam exstinxisset. Per vitium superbie multos diabolus tentat. Unde studendum est omnibus, maxime religiosis & claustralibus, ut sic se in verbis, in gestibus, in vestimentis, & in ceteris omnibus, que ad usum exteriorem pertinent, exhibeant, ne apud seculares in vitio superbie notabiles fiant.

V, c. 21.

De demonibus.

Longanimis est enim & patiens redditor. Qui Damiatanos I, p. 303
post victoriam eo quod crucifixi collo fune alligata per plateas illum traxerunt, in collo & in gutture tam terribiliter punivit, puto, quia has blasphemias minime dissimulabit.

VII, c. 3.

De plaga Frisie ob iniuriam Dominici corporis.

1218 Parvo post hec emerso tempore, anno videlicet gratie II, p. 3
millesimo ducentesimo decimo octavo, mare in partibus Fri-

sie terminos suos egrediens, multarum provinciarum terras occupavit, villas delevit, ecclesias lapideas deiecit, tantum hominum extinguens multitudinem, ut summa centum millia transcenderet. Ita exaltati sunt fluctus eius, ut turrium
II, p. 4 altitudines operire viderentur, & procella procellam impellens, generale diluvium terris minaretur. Et sicut dictum fuit abbati nostro, cum eodem anno visitationis gratia Frisiam intrasset, quod fluctus furentes etiam usque Coloniam pervenissent, si non is qui eos excitaverat, genetricis sue, ut postea dicetur, precibus compescuisset. *Novicius*: Nosti causam tante plage? *Monachus:* Novi. Friso quidam arte pugil in eadem provincia exstitit, qui quotiens de taberna ebrius rediit, totiens uxorem verberibus & plagis satis tribulavit. Tempore quodam timore mariti infirmitatem simulans, ne simulatio eadem posset notari, corpus Domini sibi dari postulavit. Venienti sacerdoti pugil cum scypho cervisie ebrius occurrens, bibere eum monuit. Et cum ille responderet: « Corpus Domini porto, non modo bibam, » iratus Friso cum scypho pixidem percussit, & omnes hostias de illa excussit, ita ut per pavimentum dispergerentur. Matrone vero, que consolationis gratia convenerant, super singulas hostias tanquam stellas radiantes viderunt. Quas sacerdos gemens ac dolens in pixidem recollegit & abiit. Friso vero a decano provincie citatus, excommunicatus est, sed non curavit. Qui tandem ad hoc compulsus est, ut cruce pro tanto sacrilegio signatus cum iam dicto sacerdote etiam cruce signato veniret Romam. Cui dominus Honorius papa culpam confitenti pro penitentia iniunxit, ut mare transiret, ibique tribus annis in armis Christo serviret. Quid plura? Mare transierunt ambo & ante Damiatam mortui sunt ambo. Quibus defunctis, cum anno eodem Dominus provinciam terribiliter, ut supra dictum est, plagasset, & causa plage populum lateret, matrone cuidam valde religiose, Domino ieiuniis, orationibus, vigiliis & eleemosynis servienti, matertere videlicet domini Witboldi abbatis Sancti Bernardi, beata Dei Genetrix, lacrimis eius mota, populique miserta, apparens sic ait: « Propter iniuriam « filij mei in sacramentum corporis eius factum, submersa est « Frisia, & adhuc amplius plagabitur, si condigna penitentia « non fuerit subsecuta. » Ex quibus verbis colligitur, quod non solum pugilis, sed communibus populi peccatis exigentibus,

hoc evenerit. Moxque adiecit mater misericordie: « Leva II, p. 5
« oculos tuos contra mare. » Quod cum fecisset; contemplata est pixidem a pugile percussam, in summitate fluctuum natantem. Que cum in tantum approximasset, ut posset cognosci, ait: « Ecce corpus filij mei. In loco enim ubi dispersum « est, edificanda est ecclesia, & debet ei tanta exhiberi reveren« tia, quomodo sepulchro dominico. Hoc etiam noveris, quod « ambo mortui sunt, pugil scilicet & sacerdos. Sed pugil, eo « quod sine contritione obierit, sepultus est in inferno; sacer« dos vero adhuc tenetur in purgatorio. » Retulit tamen nobis Theodoricus, prior de Yesse, eundem pugilem, quantum ad signa exteriora cum proficisceretur, satis magnam habuisse contritionem; sed credendum est beate Dei Genetrici.

VIII, c. 27-28.

1219 *De vindicta Dei in Damiatinos, qui fune crucifixum traxerunt.*

Cum in obsidione Damiate maxima pars exercitus Domini II, p. 102
Sarracenis occurrisset, nescio quo Dei iudicio infideles fidelibus superiores effecti eos in fugam verterunt, multos ex eis occidentes & plurimos captivos abducentes. Quod ut cognoverunt in civitate obsessi, in tantam letitiam resoluti sunt, ut in confusionem fidei nostre laqueum collo crucifixi iniicerent, sicque sacram illam imaginem aliis additis iniuriis per omnes plateas civitatis traherent, cum multa vociferatione & plausu manuum, victoriam deo suo ascribentes. Christus vero qui mortuus & quasi nullius valoris videbatur, in tam execrabili culpa, post breve tempus valde terribiliter reviviscere cepit in vindicta. Nam Damiatanos, ut pena concordaret illate iniurie, ulceribus percussit in gutture sic ut etiam cibaria non possent glutire. Paulo post civitatem ipsam inexpugnabilem eis abstulit sua virtute ita ut nec unus in eius p. 103
vastatione caderet christianus. Alia adhuc plura miracula de sacris imaginibus tibi dicere possem, sed usque ad decimam distinctionem illa reservo. Hoc etiam scias, quod usque hodie Christus in suis membris crucifigitur nunc a Iudeis, nunc a Sarracenis, nunc a falsis christianis. Unde per Malachiam conqueritur dicens: *Si homo configit Deum, quia vos me configitis.* Item: *Et vos me configitis gens tota* (Malach., III, 8-9). Christianos nostris temporibus a Iudeis esse

crucifixos audivi; a chriſtianis aliquem ad litteram eſſe crucifixum nondum audivi; quoſdam a Sarracenis nuper fuiſſe crucifixos intellexi.

VIII; c. 28.

Item de concivibus, quos crucifixerunt, cum confugere vellent ad chriſtianos.

Supradicta Damiata cum per obſidionem multum eſſet artata, quidam pagani occulte exeuntes de civitate, tum ut chriſtiani fierent, tum ut mortem conderent, ad noſtros confugere ceperunt. Quos Sarraceni inſequentes & comprehendentes reduxerunt, ſinguliſque crucibus ſingulos appendentes, ad confuſionem chriſtianorum ſupra muros ſuſpenderunt.

[*Lib. VIII, c.* 66, *ſequitur* Geſta crucigerorum Rhenanorum (*p.* 30-33) *uſque ad verba :* inſuper & galee — ſunt fugate; *tum vero pergit :*]

II, p. 137 Quod peregrini audientes gratias egerunt Chriſto qui mar- 1217
tyrum ſuorum auxilia eis deſtinare dignatus eſt de celo. Hec mihi relata ſunt ab his, qui certamini interfuerunt & ex ore Sarracenorum, que dicta ſunt, audierunt.

X, c. 22.

De matrona que ſine dolore peperit, cum conveniſſet in mariti ſignatione.

II, p. 234 Cum ſcholaſticus Colonienſis Oliverus crucem predicaret in Flandria, ſicut ipſe nobis retulit, inter reliquos ſignatus eſt ibi miles dives & honeſtus. Quod ubi eius comperit, afflicta eſt uſque ad mortem. Erat enim vicina partui. Ad quam Oliverus conſilio mariti ingreſſus, inter verba conſolationis addidit & hec : « Si conſilio meo acquieveris, & virum tuum « Chriſto militare permiſeris, ab imminenti periculo ſine do« lore liberaberis. » Cumque illa verbis eius placata fuiſſet, ſcholaſticus ſubiecit : « Tempore partus veſte mariti tui ſi« gnata te contegas, & crucis virtutem ſenties. » Solebat enim cum maximis cruciatibus parere. Mira Chriſti clementia. Inſtante hora pariendi, illa non immemor conſilij, pallio viri ſe texit, & pene ſine omni dolore partum effudit. Alia de

cruce eque miraculosa in sequentibus tibi recitabo, quia ad elementorum miracula festino.

[*Distinct. X, c.* 37-39, *repetit ex* Oliverij Historia Damiatina (*p.* 1401) *relationem de tribus visionibus, quæ apud Bediam, Sutherkusen, Dokkum factæ sint, sed postremo* (*c.* 39) *addit :*]

1214 Huic visioni interfuerunt dominus Henricus abbas noster II, p. 245
& Winandus monachus eius, qui & ipsi viderunt.

X, c. 43.

De pagano apud Babylonem baptizato & sanato.

1219 Quando peccatis nostris exigentibus in obsidione Damiate II, p. 248
christianus exercitus ex parte datus est in manus Sarracenorum, episcopus Belvacensis ductus est in Babylonem captivus & cum eo multi. Cumque satis humane a Soldano tractarentur, femina quedam pagana civis Babylonica filium sic habebat infirmum, ut nulla spes vite esset in illo. Nocte quadam ostensum est ei in somnis, ut si predictus episcopus illum baptizaret, mox omnem corporis sospitatem recuperaret. Illa sollicita de filio, mane cum familia ac parentibus ad episcopum venit; quid viderit exposuit; baptizari illum humiliter petivit & obtinuit. Sicut retulit Henricus miles de Ulmene, qui presens erat, baptisterium pagani circumsteterunt & viserunt, quorum visus versus est in admirationem. Nam adolescens qui desperatus intravit, baptizatus, sanissimus exivit. Spero quod usque hodie in fide Christi perseveret, & forte alij eius exemplo crediderunt.

XII, c. 23.

De Everwaco ad infernales penas deducto.

Theodericus Traiectensis episcopus de castro Nureberg II, p. 332
oriundus, servum quendam habebat Everwach nomine, providum satis, qui in diversis locis bona illius dispensavit. Erat II, p. 333
enim in commisso fidelis, in administratione utilis, diligens ac circumspectus. Propter quod a domino suo amabatur. Unde quidem ex officialibus ei detrahentes, ex invidia accusabant illum apud episcopum dicentes : « Domine, non fide« liter ut estimatis Everwach bona vestra dispensat; consuli« mus ut cum eo computetis. » Quod cum factum fuisset, tam

rationabiliter computavit, ut omnem epiſcopo tolleret ſuſpicionem. Habebat enim omnia notata in cartula. Sciſcitantibus accuſatoribus de computatione, cum epiſcopus reſpondiſſet, optime computavit; dixerunt illi : « Nequaquam; ſed « computet nobis audientibus, & convincetur maximum vobis « damnum intuliſſe. » Quod cum ei intimatum fuiſſet ab epiſcopo, ille timens emulorum inſidias, maxime quia cartulam perdiderat, ait intra ſe : « Si aliquid modo in computatione « titubavero, neceſſe erit me vel in corpore torqueri, vel carce« ris ſqualore uſque ad mortem cruciari. » Immiſſione igitur diaboli, cuius inſtinctu ab invidis indebite vexabatur, campum ſolus intravit, ipſumque diabolum advocans, ſic affatur dicens : « Domine, ſi mihi ſuccurreris in tanta neceſſitate po« ſito, hominium tibi faciam, & in omnibus parebo. » Cui diabolus reſpondit : « Si abrenunciaveris Altiſſimo, matrique « illius, te ſuſcipiam, & de omnibus periculis cum multa tuo« rum confuſione emulorum a me liberaberis. » Quid plura? Abrenunciat miſer Chriſto, hominium facit diabolo, proſpere ſuccedit computatio. Ab illo tempore cepit diaboli virtutes magnificare, Chriſtum blaſphemare, adeo ut diceret : « Qui « ſerviunt Deo, miſeri ſunt & egent; qui autem ſperant in dia« bolo, proſperis ſucceſſibus gaudent. » Et ſicut mihi retulit Bernardus monachus noſter, qui eum tunc temporis novit, ita totus deditus erat artibus magicis, ut ſi aliquem noſſet ſcholarem eiuſdem diſcipline, nummis eum redimeret, ut aliquid ab illo diſcere poſſet. Qui cum undecim annis in hac blaſphemia perſeveraſſet, accidit ut magiſter Oliverus ſcholaſticus Colonienſis in epiſcopatu Traiectenſi crucem predicaret. Cuius predicationi ille in tantum reſtitit, ut die quadam commotus Oliverus diceret ei in audientia totius populi : « Tace infelix. Vas enim diaboli es, & diabolus loquitur « per os tuum; » cum tamen ſtatum eius ignoraret. Everwach nullum arbitrans gratius obſequium ſe poſſe preſtare domino
II, p. 334 ſuo, quam ut inimicum eius occideret, tribus diebus ad diverſas ſtationes ſecutus eſt magiſtrum, longo ad hoc cultello preparato, transfodere illum proponens, ſi forte ſine turbis inveniretur. Et ecce tertia die ſubita infirmitate preoccupatus, poſt paucos dies impenitens defunctus eſt, & ab eo, cui ſe reddiderat, ad loca penarum deductus eſt. Primo loco, ſicut ipſe reſurgens a mortuis confeſſus eſt Iohanni ſcholaſtico

Xantensi, a quo ego que dicturus sum audivi, missus est in ignem tam intolerabilis ardoris, ut diceret : « Si ex omnibus « mundi lignis unus ignis esset confectus, mallem in eo usque « ad diem iudicij ardere, quam per spatium unius hore illum « sustinere. » Ex quo extractus, iactatus est in locum tam frigidissimum, ut optaret redire in ignem. Deinde deductus est in tenebras palpabiles, tantique horroris, ut diceret intra se : « Si servivisses centum annis Deo, bene te remunerasset, dum- « modo liceret tibi redire ad frigus. » In hunc modum sex reliquas penas quas scriptura enumerat pertransivit. Quo in extrema pena posito, Dominus opera eius priora considerans, & ut passa vel visa viventibus recitaret, misertus illius, angelum suum misit ad eum, qui diceret : « Ecce talem merce- « dem recipiunt, qui serviunt diabolo. » Subiunxitque : « Si « tibi liceret redire ad vitam, velles pro peccatis tuis satisfa- « cere Deo ? » Ad quod verbum ille suspirans respondit : « Do- « mine, si hoc esset possibile, nullam abnuerem satisfactionem. » Tunc angelus : « Domino placet, ut ad corpus redeas ; & « quia in cruce peccasti, per crucem satisfacias. » Mox se in feretro erigens, omnes exceptis duobus iuvenibus qui constantiores erant in fugam convertit. Quibus & ait : « Ne time- « atis, qui ego sum. » Statimque sacerdotem accersiens, peccata sua confessus est ; crucem suscepit, & cum domino Ottone episcopo predicti Theoderici successore transfretavit. In via singulis diebus in pane & aqua ieiunavit ; iuxta equum suum in quo vestes eius & arma portabantur, nudis pedibus cucurrit. Et cum petris secantibus sanguis profluens viam cruentaret, satis a confratribus arguebatur. Quibus respondit : « Maiora horum sustinui. » Qui cum pene omnia sua in Christi servitio expendisset, cum predicto episcopo & magistro Iohanne rediens mare transivit. De quo cum nau- II, p. 335
lum requireret nec haberet, ait : « Ego vobis serviam quoad- « usque volueritis. » Ad petitionem tamen predictorum virorum dimissus est a nauclero. Qui cum reversus fuisset ad uxorem suam, sacro igne tactus est. Cui ardenti quadam nocte in somnis dictum est, quia si ad ecclesiam sancti Nycholai accederet, statim convalesceret. Ubi dum orans quatuordecim orationes dixisset nec convaluisset, desperatus ait : « Sancte Nycholae, quid moraris ? » Mox ut quintam decimam orationem incepit, perfecte convaluit ; & est usque hodie co-

lor ignis in eius corpore ſine dolore. Quam eccleſiam que in villa Stalum ſita eſt, de ſuo patrimonio reedificans; in habitu religioſo cum uxore ſua Deo & ſancto Nycholao in ea deſervit.

b) *Homiliæ.*

[Ed. J.-A. Coppenſtein, Colon., 1615, in-4.]

*

I, p. 118 Predicatores crucis cum ſuas predicant ſtationes in quibus predicat Agnum Ieſum, & terram ſanctam ſanguine ipſius Agni infuſam a canibus detineri, confluunt ibi plurimi peccatores, reges videlicet, & principes, clerici, nobiles, miniſteriales, & inferioris ordinis homines: vitiis ſuis brutis beſtiis conſimiles, & Agni deſiderio brevi zona crucis illaqueantur, & Agni manſuetudinem non cum Saulo, ſed cum Paulo imitantur . . . .

p. 119 . . . . . . *Hic eſt, quo dixi vobis, poſt me venit vir, qui ante me factus eſt* (Ioann., I, 30). Elegans teſtimonium. Quem prius vocavit Agnum: modo nominat Virum. Chriſtus Agnus eſt, vir eſt. Agnus peccata dimittendo: vir virtutem infundendo. Dicat ergo predicator pro eius nomine ſignatis. Quia Chriſtus Agnus eſt, in cunctis neceſſitatibus veſtris vos agnoſcet; quia vir eſt, contra cunctos crucis inimicos vires vobis impendet. Agnus dicitur ab agnoſcendo, vir a virtute. Unde tanta victoria anno preterito cruce ſignatis ante caſtrum Halcar contra quatuor 1217 reges Sarracenorum, & exercitum eorum infinitum dimicantibus, niſi ex potentia viri huius? Cum captivi Saraceni per turbam chriſtianorum ducerentur, querebant ſigna victorum: afferentes candidiſſimam aciem cruces rubeas in pectore gerentes ſuorum multitudinem in fugam vertiſſe.

(Id. mirac. Diſt. II, c. 66, ſupra p. 171.)

Ne autem predicatorem inanis gloria extollat de ipſa predicatione, ſeu horum, quibus predicat converſione: dicere debet cum Iohanne: *Qui poſt me venit, ante me factus eſt* (Ioann., I, 30), quaſi dicat. Ego quidem ope illius predicator: ille inſpirator. Ego vox reſonans, ille verbum, cor inſtruens. Contingit ſepius, ut ad predicationem audiendam peccator quis veniat, & ex ipſa predicatione compunctus recedit. Eſt autem ſenſus; poſt me venit gratie ſue infuſione: qui ante me factus eſt, miſericordie ſue preventione: ex Dei

miſericordia eſt, ut illico peccator veniat: ubi eum Deus per predicatoris miniſterium illuminet.

Et ego neſciebam eum (Ioann., I, 31): neſcit is, qui predicat, in quo Ieſus per gratiam ſit, vel cui peccatum tulerit, niſi quantum exterioribus ſignis cognoſcit. Si viderit quempiam ſignum crucis propter Ieſum ſuſcipientem, peccata cum lacrymis confitentem: tunc quaſi ſcit, Ieſum ibi eſſe, ubi prius neſciebat.

Sed ut manifeſtetur in Iſrael: propterea veni ego in aqua baptizans (Ioann., I, 31). *Dial. mirac.* D[ist.] X, c. 37, ſup[ra] p. 172.

. Magiſter Oliverus ſcholaſticus Colonienſis, cum accipiſſet in mandatis a domino Innocentio papa predicare, crucem in archiepiſcopatu Colonienſi, diverſis provinciis luſtratis, venit in Friſiam; cupiens per ſuum miniſterium etiam ibi manifeſtari gloriam Ieſu. Qui cum eandem gentem verbis commotivis copioſe baptizaſſet duros ad obediendum ſignationi inveniſſet, deſperatus cogitabat redire. Et ecce, due cruces celitus apparuerunt in aere, ita ut ab omnibus viderentur, qui erant in ſtatione. Quidam teſtati ſunt, Chriſtum ſalvatorem ſe in cruce vidiſſe: ex quibus viſionibus populus ita confortatus eſt, ita letificatus, ut maxima multitudo ex utroque ſexu & diverſe etatis ſignaretur: ſic Ieſu manifeſtatus eſt in gentes Friſonum, que meruit eſſe Iſrael, ſic videndo Deum. Huius rei teſtes ſunt dominus abbas noſter, & infirmarius noſter, qui tunc temporis preſentes erant, & viderunt oculis ſuis.

. . . . . *Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum poteſtate magna & manifeſtate* (Matth., XXIV, 31).

[*Sequitur relatio quæ exſtat in* Dialog. miraculor., *diſt. X, c.* 38-39.]

Tales ſunt hodie quidam predicatores crucis qui ſignari III, p. 46
volentibus, quotquot vel quas animas requirunt de purgatorio, vel, quod maioris veſanie eſt, de inferno repromittunt, ac ſi illas in ſuo reti concluſas teneant: cum non ſint de foro viventium anime corporibus ſolute, qua fronte viventes illas preſumunt vendere? Uſuras & rapinas ut retineant, licentiant, dum tantum ad laqueum crucis multos trahant. Quis unquam Sanctorum legitur talia predicaſſe? de tali predicatione dicitur per prophetam? « *Caupones veſtri miſcent aqua vinum* » (Ieſ., I, 22)? non conſiderant apoſtolum dicentem: « *Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & tradidero corpus meum, ita ut ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt* » (I Corinth., XIII, 3). Quomodo mortuis prodeſſet oblatio tam fermentata, labor tam infructuoſus; cum ipſis ſignatis modicum prodeſſe credatur? utile tamen

est talibus signari, quia in periculis positi poterunt compungi, & de ablatis penitere, eaque restituere, & si non opere, proposito tamen & voluntate. Mallem semper predicare, & nullum signare : quam predicto modo signare multa millia hominum. « *Quid prodest homini, si totum mundum lucretur, anime vero sue detrimentum patiatur?* » (Marc., VIII, 36.)

Intelleximus nuper diabolum predicasse crucem, multosque signasse : cum tamen impossibile sit illum salvari.

Cum ante paucos menses magister Theobaldus, cantor S. Stephani in Moguntia, in loco, qui dicitur mons S. Remigij, crucem predicaret, tantus erat super eum in aëre ventus, sicut postea didicit, a diabolo concitatus, ut non posset audiri, & non nisi solum hominem signaret : die sequenti predicante eo in Luchere, cepit diabolus in fine stationis per os cuiusdam mulieris mugire, sicut bos : que cum adducta esset ad magistrum, & ille interrogasset demonem de nomine, cur etiam, vel unde veniret, sic de singulis respondit : « Abrianus « vocor : ego sum qui te heri impedivi, ne posses aliquem « signare, missus sum deponere dubietatem. » Quedam enim predicaverat, & in predicatione promiserat, unde plures dubitabant : tunc Theobaldus : « Quia per te heri, ut asseris, im« peditus sum, precipio tibi, per virtutem Crucis, quam pre« dico, ut ipsam mecum predices, » & iniecit partem stole collo eius.

Qui cum valde invitus, coactus tamen Crucem inciperet predicare, & Scoltetus quidam eiusdem ville, accedens, pro anima patris sui, crucem suscepisset, illa in eum irruit frendens, & clamans : « Nihil ei prodest. » Adiuratus tamen terribiliter, quatenus eiusdem anime statum proderet, respondit : « Heu, « hodie liberata est. » Ad quod verbum homines passim accedentes, demone predicante verbis valde compunctivis, signati sunt de manu Theobaldi, usque ad octingentos.

Inter cetera occasione nacta, & hoc verbum dicebat : « Quia « vos homines misericordem habetis Dominum, idcirco licen« ter peccatis : si nos possemus redire per penitentiam sicut vos, « quanta haberemus sustinere ? » Novissime & hoc adiecit : « Amodo inter meos tam despectus ero sicut cloacarius inter « vos. » Hec mihi ab ore ipsius Theobaldi, qui est vir litteratus & religiosus relata sunt : ut ergo ex predicatione predicantes meritum habeant, in nomine Iesu, id est, Salvatoris, retia

laxent : quid autem ex hoc boni consequatur mox Evangelium aperit cum subiungit.

Et cum hoc fecissent concluserunt piscium multitudinem (Luc., v, 6). Testatus est nobis idem Theobaldus in via descendendo ad nos, infra quinque dies se quinque millia hominum signasse.

Rumpebatur autem rete eorum. Nam tot quandoque ad predicationem crucis confluunt, ut quorundam malitia & inquietudine rete predicationis rumpatur.

Olivero scholastico Coloniensi, nunc episcopo Paderbornensi, predicante crucem in Frisia, in ipsa statione nobilis quidam Friso, & ditissimus omnium, occisus est, propter quem negotium crucis tunc temporis in illa terra satis impe- III, p. 47
ditum est.

Simile accidit Limpurg diocesis Treverensis oppido, cum abbas noster ibidem predicaret.

Audivimus & ex parte vidimus temporibus istis, aliquando V, p. 98
ad predicationem unius hominis, multa millia cruce signari, qui parentibus, uxoribus, liberis, & patria relictis, mare transierunt, ibi pro Christo infideles impugnantes, suaque corpora multis mortibus atque periculis exponentes . . . . . .
. . . .

Hec redemptio hodie in multis celebratur, per crucis predicationem quam quidem in redemptionem omnium peccatorum suorum suscipiunt : sed se redimentes pecuniis, alios pro se mittunt. Alij in propria persona peregrinantes, consimilem, imo maiorem consequi sperant misericordiam a Domino Iesu Christo. Qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit & regnat Deus per omnia secula seculorum, amen.

Multi his temporibus, ut scitis, tam monachorum quam ab- V, p. 179
batum, de suis cellulis ac monasteriis contra propositum & voluntatem, ad predicationem crucis eiecti sunt ex precepto summi pontificis. Et quia eandem electionem considerabant esse V, p. 180
fructuosam, eiici vel mitti ad messem dominicam non renuerunt . . . .

Econtra quisquis avarus es dicis : Pene in omnibus ecclesiis quibus apostolus predicavit, collectas fecit. Audi quisquis hoc dicis : Non in sacculum proprium, sed in Christi gazophylacium, id est, pauperum qui erant in Ierusalem, easdem collectas misit. Unde his temporibus sine nota ava-

ritie a viris sanctissimis ad subsidium Terre Sancte, & civitatis Hierusalem multe collecte facte sunt. Qui vero causa avaritie metit, omnes labores suos in saccum pertusum mittit.

106. Albertus Stadensis,

Chronicon (— 1241).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XVI.]

*

p. 356 A. D. 1217. Comes Albertus Livoniam intrat, & multi 1217
peregrini versus Iherusalem sunt profecti, petentes de Marsilia terram sanctam. In quorum comitatu erat magister Oliverus, predicator famosissimus, postea Paderbornensis electus & tandem sancte Sabine presbyter cardinalis.

p. 357 Peregrini Damiatam expugnant & turrim, in portu Nili 1218
fluminis constitutam, die Bartholomei. Saphadinus obiit. Aug. 25

A. D. 1221. Peregrini in Damiata ceperunt versus Chorras 1221
& Babilonem proficisci, sed eventu miserabili sunt Nilo flumine circumducti. Et cum in potestate essent hostium, tamen pax est ad octo annos inter utrumque populum reformata. Soldanus crucem Domini ultro reddidit, christianos salvis rebus & corporibus Egyptum exire permisit, omnes captivos reddi iussit, ita ut tunc temporis captivorum 30 milia laxarentur. Precepit etiam alimenta divitibus pro pretio vendi, vel gratis infirmis & pauperibus exhiberi.

107. *Gesta Trevirorum* (*Contin. quarta*) (— 1242).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XXIV.]

*

p. 399 Circa idem tempus peregrini nostri milites de consilio 1218-1220
Terre Sancte profecti sunt versus Damiatam civitatem Egypti

in ripa Nili sitam & ceperunt eam, sed cum multo sanguine nostrorum. Nec enim capta est fortitudine humana sed virtute divina percussis divinitus eis, qui erant in civitate nec valentibus repugnare. Postea cum vellent ad ulteriora procedere, exinopinato Soldanus Babilonie per retorsionem fluminis artavit eos in tantum, quod condictum fecerunt cum eo de reddenda civitate, & reddita est civitas Sarracenis.

108. *Continuatio Admuntensis* (— 1250).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, IX.]

*

[*Sequitur* Annal. Claustroneob., II, *supra pp.* 152-155.]

109. *Continuatio Garstensis* (— 1257).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XI.]

*

1220 1220. Damiata per Christi miraculum expugnatur. Uv- p. 595
dalricus Pataviensis episcopus & Louduwicus dux Bawarie mare transeunt. Fridericus rex Apulie in imperatorem consecratur.

1221 1221. Rex Babilonie exercitum christianorum iuxta fluvium Nilum obsedit & ad deditionem Damiate coegit, & ipsam crucem Christi reddidit christianis. Uvdalricus Pataviensis episcopus obiit.

110. *Sächsische Weltchronik* (— 1260).

[*Mon. Germ.*, *SS.*, *ling. vernac.* (*Deutsche Chroniken*, II, 1877).]

*

1217 Bi des koning Vrederikes tiden ward en vard over mere, p. 241
dar vor de koning van Ungeren unde karde wider mit

ſunden unde mit ſchanden. De hertoge Lippolt van Oſterike vor dar oc hin unde was dar mit groten eren unde menich ander edele man. Se worden to rade ener hervard vor Damiat, da volging. De criſtenen gewunnen dat ſtad mit groteme arbeide den heiden an; ſint gewunnen ſe enen torn, de vor der ſtat lach mit michelem arbeide. Darna gaf in 1219
got ſelve de ſtat, wande de liude alſe ſek darinne weren, dat
p. 242 ſe to were nicht komen ne machten. De ſtat hielden de criſtenen wante in dat ander iar. Da voren ſe aver ene herevard bi deme watere upward; dar beging ſe dat water, dat ſe nicht weder komen ne konde; des worden ſe alle gevangen. Des gaven ſe dat ſtat deme ſoldane weder unde bedingeden darmede alle chriſtene ledich de gevangen weren, unde ſic ſelve. Darto gaf men in weder dat hilege cruce, dat de ſoldan de chriſtenen afgerovet hadde. De ſoldan (de heidene koning) leſte al ſin gelovede unde ſin geleide harde truwelike unde dede den criſtenen grot gemak unde geleidede ſe heraf.

Verſio.

p. 241 *Friderici imperatoris temporibus bellum ſacrum contra Saracenos geſtum* 1217
eſt, qua de cauſa rex Hungariæ in Terram Sanctam profectus eſt; ſed ſine gloria rediit. Leopoldus vero, dux Auſtriæ, ſtipatus multis viris nobilibus, magno cum honore ibidem moratus eſt. Chriſtiani contra urbem Damiatam expeditionem facere conſtituerunt & fecerunt. Non ſine atroci pugna appulſi, arcem ante urbem ſitam, magno cum labore expugnaverunt. Tum vero Deus in eorum manus dedit urbem, cuius incolæ gravibus morbis afflicti
p. 242 *ſe defendere non valerent. Quam chriſtiani obtinuerunt uſque in ſequentem* 1219
annum. Quum vero flumen aſcendiſſent, neque aqua undique circumfuſi redire poſſent, omnes capti ſunt. Itaque urbem ſoldano reddiderunt ea conditione, ut omnes chriſtianorum captivi & ipſi liberarentur. Præterea eis reddita eſt ſancta Crux, quam ſoldanus prius bello ceperat. Soldanus vero (paganorum rex), quæ pollicitus fuerat, implevit; atque eos fideliter comitatus & beneficiis affectos ſecure abduxit.

111. *Annales Marbacenſes* (— 1262).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XVII.]

*

p. 174 A. 1217 facta eſt expeditio tranſmarina a duce Auſtrie & 1217
rege Ungarie. Cui etiam interfuit legatus Romane ſedis, &

Babenbergensis episcopus & frater eius dux Meranie, Boppo comes de Hennenberch, Luodewicus comes de Otingen, aliique principes & nobiles multi de diversis partibus terrarum. Qui statim accedentes ad montem Thabor, munitionem quandam in eodem monte a Sarracenis edificatam viriliter expugnando ceperunt. In brevi autem postea reversi sunt rex Ungarie, dux Meranie & alij quidam nobiles.

1218 A. 1218. Dux Austrie cum legato Romane curie, & Tem-
Apr. 8 plariis & Hospitalariis & exercitu copioso circa palmas, id est ante pascha, ad fines Egypti accedentes civitatem opulentissimam Damiatam aliquanto tempore obsederunt. Et turrem, que sita est super flumen Nyli & dicitur clavis terre,
Aug. 24 valde munitam in vigilia beati Bartholomei expugnando ceperunt, quibusdam ibi de nostris pereuntibus per compendium mortis, sed in celis, ut credimus, consociati sanctis angelis. Postea vero expugnata civitate, & brevi tempore exigentibus peccatis eorum eam retinentes, iterato perdiderunt casu lamentabili, sicut hystorica refert huius rei geste. Alias & per alios qualiter hoc evenerit pleniter exaratum est, sicut in armario Novi-Castri diligens lector invenire poterit.

1222 A. 1222, de terra Persarum exercitus magnus valde & p. 175
fortis, egressus de finibus suis, per adiacentes sibi provincias transitum fecit, qui dicebantur fuisse homines magne proceritatis & stature horribilis; quod tamen non credimus. Sed qua de causa egressi fuerint, vel quid egerint ignoramus. In brevi vero reversi sunt ad propria. Dicebant tamen quidam, quod versus Coloniam vellent ire & tres magos de gente eorum natos ibidem accipere. Unum tamen scimus, quod Iudeorum gens super eodem rumore ingenti leticia exultabant & vehementer sibi applaudebant, nescio quid de futura libertate sua ex hoc provenire sibi sperantes, unde & regem illius multitudinis filium David appellabant.

112. Minorita Erphordensis,

Chronica minor (— 1265).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XXIV.]

*

1214 Hic papa Innocencius III, pontificatus sui anno 18, anno p. 196
vero Domini 1214, in Lateranensi palacio plurimum sol-

lempne & ifti mundo generale concilium celebravit in fefto Omnium Sanctorum. Ibi prelatorum & aliorum multitudo Nov. 1
maxima congregata fuit. In quo ipfe papa multas conftituciones edidit, & inter alias de paffagio & cruce fignandis in fubfidium Terre Sancte maxime mentem pofuit & per ecclefiam univerfalem oraciones ante *Agnus Dei* in miffa pro Terra Sancta inftituit, videlicet pfalmum *Deus venerunt gentes* (*Pfalm.* LXXIX) cum precibus & collecta *Deus qui admirabili providencia.*

113. ANONYMUS;

Chronicon rhythmicum (— 1268).

[*Mon. Germ.*, *SS.*, XXV.]

*

p. 358 *Ante dictos ordines uno luftro pono:*
Leupoldus dux Auftrie fortis Dei dono,
Poftquam fuo milite Thamiat proftravit,
Terra Sancta rediens, regem captivavit.
Richardum de Anglia, fterlingis dicavit.

114. *Annales Scheffilarienfes minores* (— 1272).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XVII.]

*

p. 343 1217. Dominus Liupoldus dux Auftrie cum magno exercitu fignatorum tranffretavit. 1217

1218. Item turris de Nilo obtinetur & Damiath civitas Saracenorum a chriftianis cingitur obfidione. 1218

1219. Damiath civitas obtinetur.

1221. Ludwicus antiquus dux Bawarie in auxilium Sancte 1219
Terre tranffretavit, fed ipfe cum aliis Chrifti militibus a Sarracenis eft callide circumventus. Item foldano Babilonie Damiata civitas refignatur. 1221

115. *Annales Spirenses* (— 1272).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XVII.]

*

1219 Eodem etiam anno (anno Domini 1219) capta fuit Da- p. 84
Nov. 5 miata a christianis Nonis Novembris.
1221 Anno Domini 1221 perdita fuit Damiata a christianis in
Sept. 24 concepcione Iohannis Baptiste.

116. Hermannus Altahensis,

Annales (— 1273).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XVII.]

*

1218 In expeditionem autem transmarinam euntes, Bertoldus p. 372
comes aput Damiatam moritur bona fine anno Domini
Aug. 12 1218, pridie Idus Augusti. Reversus Albertus comes, cum
insolentiam suam, iam quasi versam in naturam, nullus regum
vel principum refrenaret, usque ad finem vite sue, licet
secundo transfretaverit, in tali persecutionis sevicia perdu-
ravit.

117. *Annales S. Rudberti Salisburgenses* (— 1286).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, IX.]

*

a) *Codex S. Petri.*

1217 Rex Ungarie, dux Austrie & dux Navarrie & multi archi- p. 780
episcopi & episcopi, multi comites cum viris generosis ac

milicia magna omnium regnorum chriſtiani nominis, ſignantes ſe cruce Chriſti contra Saracenos mare tranſierunt.

[*Cætera, p.* 780–782, *auctor excerpſit ex Oliverij* Hiſtoria Damiatina.]

b) *Annales S. Rudberti.*

p. 781 1217. Rex Ungarie, dux Auſtrie, dux Meranie, epiſcopus 1217
Babenbergenſis & alij quamplures nobiles & comites, cum manu valida tranſfretaverunt ad ſuccurſum Terre Sancte; cum quibus ivit prepoſitus Salzpurgenſis & Fridericus prepoſitus Bertherſgaden, qui apud Brandufium obiit.

1218. Chriſtiani in tranſmarinis partibus Ceſaream & 1218
Turrim Stratonis reedificant, & poſt multas depredationes ad munitionem montis Thabor accedentes, viriliter duabus vicibus inpugnaverunt. Quam munitionem poſtea ipſi Sarraceni timore chriſtianorum deſtructam reliquerunt. Deinde coadunato exercitu chriſtianorum civitatem Damiatam obſidione cingunt & turrim munitiſſimam in medio fluminis ſitam & catenam flumen & claudentem, 55 pedes habentem, viriliter occupaverunt; ubi tamen milites electi 40, inter quos erat comes de Pogen, cum aliis fracto inſtrumento in flumen precipitati ſunt. Exercitus Romanorum cum multis Ytalicis in auxilium venit chriſtianis.

1219. Comes Liutoldus de Plaien obligatis quibuſdam 1219
prediis ſuis & beneficiis tranſfretavit, ibique pauperibus plurima largiens Deo devotus militavit; ſagitta percuſſus oculum perdidit, inde tranſiens Terviſium obiit, & oſſa eius a domino Eberhardo archiepiſcopo & Rudgero Chymenſi epiſcopo apud Werd ſepulta ſunt.

p. 782 Damiata civitas ignorante exercitu ſine omni dampno chriſtianorum in crepuſculo noctis, interfectis innumerabilibus paganis, divina potentia capta eſt, & a chriſtianis potenter poſſeſſa.

Damiata civitas que portus Ethiopie dicitur, multo labore 1221
ac ſanguine chriſtianorum ac ſudore acquiſita, exigentibus peccatis hominum, heu! heu! divina permiſſione ſeductis in quandam inſulam chriſtianis, equis & exercitu Sarracenorum circumvallatis, quibuſdam ſubmerſis aliiſque occiſis, tandem ſub quadam forma compoſitionis & multa ſtrage hominum ab utraque parte facta, coactis chriſtianis, Sarracenis per

manus christianorum reddita est. Ubi aderant Ludwicus dux Bawarie, Ulricus Pataviensis episcopus, qui eodem anno transfretaverunt, & alij quam plures nobiles & ignobiles, quorum non erat numerus. Qui fugam arripientes vix evaserunt. Ulricus Pataviensis episcopus ab expeditione transmarina rediens, in via obiit.

1221 Damiata multo labore & sudore christianorum acquisita rursus a Sarracenis possidetur, multa strage hominum ab utraque parte facta. Ulricus, Pataviensis episcopus, ab expeditione transmarina rediens in via obiit.

118. *Narratio de morte Othonis IV* (s. XIII).

[Martene, *Thes. Anecd.*, III.]

*

. . . . . « Pôstquam divina ordinatione in imperium c. 1375
« electus, & a domino papa consecratus sum, pro tanto beneficio accepto ignorans, quid in recompensationem Deo « offerem, corpus & animam ei obtuli, qui pro me crucem « sustinuit. Et exiens civitate Roma post consecrationem, « assumto in partem episcopo Camern, crucem accepi ab « ipso, quam usque hodiernum diem in collo tuli, & ab hominibus occultavi, expectans opportunitatem, ut illam peregrinationem exequerer, prout deceret imperialem maiestatem, ad laudem & gloriam Crucifixi, & recuperationem « Terre Sancte. Sed propositi executionem hactenus prepedivit diabolus. » Tunc imperatrix ei solvit crucem de collo, quam abbas in remissionem omnium peccatorum suorum ei secundario dedit, & publice ferre precepit.

119. *Annales Frisacenses* (— 1300).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XXIV.]

*

1217 Eodem anno Andreas rex Ungarie & Leopoldus dux p. 65
Austrie iverunt ad Terram Sanctam cum exercitu copioso.

120. Paltramus Viennensis,

Chronicon Austriacum (— 1301).

[Pez, *SS. RR. Austriacarum*, I, 710.]

*

[*Sequitur* Annal. Claustroneob., *supra p.* 152-155.]

121. *Chronica australis* (— 1302).

[Freherus-Struvius, *RR. Germ. scriptores*, I, p. 451.]

*

[*Sequitur* Annal. Claustroneob., *supra p.* 152-155.]

122. Sifridus de Balnhusen,

Compend. histor. (— 1306).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XXV.]

*

p. 702 Eodem anno Damiata a Sarracenis resumpta est. 1221

123. *Oesterreichische Reimchronik* (1306).

[Pez, *SS. RR. Austriacarum*, III.]

*

p. 411 *Der Chunig von Tampasten*
Zu den Soldan, er sprach:
Wil ich gern varen
Daz Ir Mir sein must sagen
[Danch.
Daz Mich mein seliger Vater
[pat,

Sach man hin fur gen
Auf der Christen Vngemach
Mit sogetanen Scharen,
Sein ist aber nicht lang,

Ob sich gefuegt immer dew stat,

Daz dew Christen und dew [Haidenschaft
In Verleugs-Feintschaft
Zu einander chem,
Daz ich denn war nem
Ains Fursten von Tewtschen [Land
Hertzog Leupolten er in nant,
Also wer er gehaizzen
Auz ains Landes Chraizzen,
Daz haizzt Osterreich.
Demselben Fürsten lobleich
Vor Tamiath also gelanch,
Daz er vieng vnd betwang
Meinn Vater seligen,
Man hielt in toten sehen liegen,
Doch chom er so ze Sun,
Daz er Sicherheit must tun,
Daz er, noch sein Erben
Nimmer nicht solden werben,
Daz Schad wer der Christen- [hait,
Ym wurd ee widersait,
Daz wil ich auch behalten.
Darczu hört man den alten
Soldan jehen:
Daz daz ist geschehen,
Daz ist ain langew Frist.
Ich sag dir sunder List,
Ez ist vnlang Zeit,
Daz der nächst Streit
Zwischen Vns ergie
Vier Prüeder Ich do vie
Der partaten Herren,
Die waren von verren
Landen her chomen,
Vnd hatten an sich genomen
Vnser Veinde Orden,
Di dez sind enain worden,
Ez sey in an der Sel gut,
Swa sich vnser Plut
Mugen vergiezzen,
Dez wenent sie geniezzen,
Vnd wellent damit Jesum eren.
Dieselben het Ich gern
Pracht ze vnserm Gelauben,
Denselben hiesz Ich erlauben,
Daz sie vor Mir ezzen
Vnd sivenn wir gesezzen,
Vnd Churczweil phlagen,
So biez Ich mir sagen
Von den Fürsten sunderleich,
Die do so chostleich
Lagen vor Damiat.
Sunderleich ich sew pat,
Verrichten Mir der Mer,
Ob in icht chund wer
Vmb denselben Hertzogen?
Do sagten si Mir unbetrogen
Er wer tod vor manigen Jar
. . . .

Ainn Sun der lies
Der auch Lewpolt hies, p. 839
Wer derselb wer,
Wer dewselben Mär,
Wie er lebt sein Tag
Welle wissen, der frag.
Er wer do fur die Fart,
Do Damiat gewunnen wart.
Von den Christen enhalb Mers,
Do alles des Hers
Der dar füert gewaltigleich,
Der Papst und Herczog Fried- [reich.

Vo Franckreich nie cham
Mit Her ſo groſſsen Macht,
Alſam traten auch ſy
Etleich ſach man auch da
Die Chunig mächtig erchant
Mit einem Her ſtarkh,
Von Fryeſen und Norbegen,
Dazir wol habs vernomen,
Von Ungern Kunig Andreas,
Ir war an dem Zil
Dy Mir ſind vnpechant.
Vnder den allen
Den Herczogen Lewpolt,
In vil im oberwart,
Muſten tun durch der Choſt
[gepreſten,
Stahrenberg die Burgk mer
Was man das Wunders und
[Ern
Do wer ain Puch von zu
[ſchreiben,
Albie vngeſait.

Als Ich vernam.
Als derſelb Chunig dar pracht.
Von Caſtel und von Yſpani,
Von Britani und von Yberia
Vnd Chunig Ritſchard von
[Engellant
Auch was der Chunig von Ten-
[nemarkh
Wes dy all do plegen
Do was auch hin chomen
In ern er auch da was,
Dennoch da vil
Dyſelben und die Ich genant,
Mocht niem oberſchallen
Silber und Golt
Do by Chynig dy Widerfart
Da kawſt er zu leſten
Den Orden der Chrewzer,
In do ſach furchern,
Des mus vil beleiben

Verſio.

p. 411 Et viderunt regem de Tampaſten ad Soldanum euntem & dicentem: « Ad chriſtianorum calamitatem cum his copiis proficiſcar, ut mihi gratias agatis; neque enim magnum ſpatium intermiſſum eſt inde, quod pater meus a me petebat, num ſemper chriſtiani & pagani capitales inimicitias inter ſe exercuiſſent, & quod animadvertebam principem e Germania ortum, qui Leopoldus, dux Auſtriæ, vocabatur, cui principi laudabili contigit ante Damiatam, ut patrem meum iam mortuum caperet & devinceret, quem exanimatum habuerunt, ſed ille reviveſcens, ut polliceatur, coactus eſt, neque ſe, neque heredes ſuos unquam chriſtianis damnum illaturos eſſe, niſi infames haberi vellent; quod ego quoque ſervare volo. » Tum vero ſoldanum veterem dicentem audiverunt: « Hoc quidem antiquitus factum eſt, ſed ſine fraude tibi confirmo, in bello recentiſſimo paulo ante exorto, me quatuor fratres illorum principum fortium cepiſſe, qui e longinquo profecti ordinem hoſtium noſtrorum acceperunt inter ſe

conſenſi, ſe ſanguinem noſtrum profundere debere, ut animum ſalvarent, ſalutem acciperent & Ieſum honorarent. Hos quidem libentiſſime ad fidem noſtram convertiſſem eiſque permiſi, ut mecum ederent, & quotieſcunque confidentes ludos faciebamus, mihi narrabant de principibus incomparabilibus & magnificis, qui ante Damiatam caſtra collocaverant, & quum eos maxime rogarem, ut mihi de eodem duce referrent, vere dixerunt, eum nonnullis annis ante mortuum eſſe. »

Filium reliquit eodem nomine Leopoldo vocatum : qui vero ſcire vult, p. 839
quis ille fuerit, quomodo vixerit, is roget. In eorum chriſtianorum numero fuit, qui ultra mare Damiatam profecti ſunt papa & Friderico ducibus. Nunquam ex Francia maior exercitus convenerat quam is, quem ille rex duxit. Convenerunt autem ex Caſtilia, Hiſpania, nonnulli quoque ex Britannia & Iberia, reges potentiſſimi & rex Richardus ex Anglia cum exercitu ingenti & rex Daniæ, Friſiæ & Norvegiæ, quibus acceſſit etiam Andreas rex Hungariæ, qui in illa terra honorificentiſſime verſabatur; neque tamen nomina omnium enumerare poſſum. His vero omnibus & iis, quos nominavi, ſupereminuit dux Leopoldus: argento & auro ditatus fuit; quum reges penuria coacti domum redirent, denique arcem Montemfortem emit ordini crucigerorum; ſi quis vero, quam honeſte & magnifice ibi verſatus fuerit, explicare vellet, eum librum conſcribere oporteret — quæ hoc loco nobis omittere liceat.

124. IOHANNES VICTORIENSIS,

Chronicon Carinthiæ (— 1343).

[Pez, *SS. RR. Auſtriacarum*, I, 803-807.]

*

[*Sequitur* Annal. Clauſtroneob., *ſupra pp.* 152-155.]

125. *Honorij Auguſtodunenſis contin. Stirenſis* (— 1346).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XXIV.]

*

1217 Item a. D. 1216 tranſfretat Leupoldus dux Auſtrie & Andreas rex de Ungaria cum multis aliis principibus in Sanctam Terram (peregrinavit potenter tamen). p. 64

126. IOH. VITODURANUS (DE WINTERTHUR),

Chronicon (— 1347).

[Ed. Georg. de Wyſs, Zürich, 1856.]

*

p. 3 Huius (Friderici) tempore Damiatam chriſtiani ceperunt, ſed Sarraceni
Ih. Egmund. fortuito caſu contingente eam poſtea recuperaverunt.
ſupra p. 20

127. *Chronicon Clauſtroneoburgenſe* (— 1348).

[Pez, *SS. RR. Auſtriacarum*, I, 451.]

*

[*Sequitur* Annal. Clauſtroneob., *ſupra pp.* 152-155.]

128. HENRICUS DE HERVORDIA,

Liber de rebus memorabilioribus (— 1355).

[Ed. Potthaſt, Göttingen, 1859, in-4, pp. 185-186.]

*

[*Sequitur* Vincentium Bellovacenſem, *ſupra pp.* 97-109.]

129. *Chronicon Sanpetrinum* (— 1355).

[Ed. B. Stübel, in: *Erfurter Denkmäler*, Halle, 1870, in-8.]

*

p. 57 Hoc tempore ipſe Dominus cuiuſdam perfecti viri excitavit ſpiritum, inſinuans ei, quod Terra Sancta proximo luſtro, id eſt quinquennio, a clade Sarracenorum cum ſuis captivis foret liberanda. Exinde dominus papa Innocencius, miſſis per univerſam eccleſiam litteris, conſtituit predicari, magiſtro Conrado de Marbach in hoc negocio Theutoniam committendo.

[*Sequitur, p.* 58, *Oliverij narrationem de viſionibus in Friſia factis* (Hiſt. Dam., *p.* 1401, § 6).]

130. Martinus Fuldensis,

Chronicon (— 1379).

[Eccardus, *Corpus hist. Medij Ævi*, I, p. 1706.]

*

[*Sequitur* Vinc. Bellovac., *supra pp.* 97, 109, 110.]

131. Detmar,

Lübische Chronik (— 1385).

[Ed. Grautoff, Hamburg, 1829, I, pp. 92-98.]

*

[*Sequitur verbo tenus* Vincentium Bellovacensem, *supra pp.* 97-109.]

132. *Chronicon Zwetlense* (— 1386).

[Pez, *SS. RR. Austriacarum*, I.)

*

Anno Domini 1217, rex Ungarie Andreas, & Leopoldus dux Austrie & Stirie cum aliis quam plurimis ad Terram promissionis tendunt. Idem dux Leopoldus transfretat mare xlij diebus, Deo protegente, quod ante valde inauditum fuit. p. 976 Ann. Claustroneob., *supra* p. 152-155

[*Deinde iterum sequitur* Ann. Claustroneob., *supra p.* 152-155.]

133. *Annales Mellicenses* (c. — 1418).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, IX.]

*

1217. Liupoldus, dux Austrie & Styrie, cum aliis principibus Ierosolimam adiens, & abbas Hademarus loci istius in reversione moritur; pro quo Ulricus substituitur, qui etiam proficiscens Romam, in itinere moritur. p. 507

p. 507 1219. Liupoldus, dux Auſtrie & Stirie, Damiata civitate in obſidione dimiſſa, a mari revertitur; que poſtea in brevi a chriſtianis expugnatur.

1221. Hoc anno Ulricus Patavienſis epiſcopus a mari rediens, in itinere moritur. Civitas Damiata ingruente multitudine Sarracenorum adverſus chriſtianos expugnatur.

134. Hermannus Corner,

Chronicon (— 1435).

[Eccardus, *Corpus hiſtoricum Medij Ævi*, II.]

*

[*Sequitur* Vincentium Bellovacenſem, *ſupra p.* 97-110, *tum vero pergit :*

p. 853 Peregrini ergo Paſſagiarij urbem Damiatam, quam ceperunt, reddiderunt Coradino ſoldano, & ipſe tradidit eis viceverſa captivos chriſtianos, citra .ccc. & .xxx., quos ceperat Ieroſolymis. 1221

135. Felix Fabri,

Evagatorium (— 1483).

[Ed. Haſſler, *Bibl. des literar. Vereins in Stuttgart*, 1843, in-8, t. II, pp. 299-306.] 1217

*

[*Sequitur* Iohannem de Columpna, *ſupra p.* 128.]

136. Georg de Gumppenberg,

Peregrinatio ſive hiſtoria bellorum ſacrorum (— 1483).

[Röhricht und Meiſner, *Deutſche Pilgerreiſen*, Berlin, 1880, in-8.]

*

p. 119 Da man zehlt nach Chriſti geburt 1217, kam ein könig von Ungarn und Herzog von Oeſterreich in das hl. Landt undt ſchuffen nichts. 1217

1219 Darnach als man zehlt 1219, samlet sich das Christliche Volckh, gewannen die mächtige Stadt Rammat unfern Cairo undt behielten sie ein jahr: in selbem Jahr Ebeadim, des Sultans Sohn, zerbrach die ringemauer der Statt Jerusalem und zerwarf vil Thurm darinnen.

Versio.

1217 *Anno MCCXVII post Christum natum rex Hungariæ & dux Austriæ in Terram Sanctam profecti nihil memoria dignum gesserunt. Paulo post anno*
1219 *MCCXIX christianorum populus convenit & urbem nobilem Ramnat Cahiræ vicinam ceperunt & annum retinuerunt; eodem anno Ebeadim, soldani filius, muros urbis Ierusalem destruxit & turres eius demolitus est.*

137. HARTMANNUS SCHEDEL,

Liber chronicarum (— 1492).

[Norimb., 1493, in-f., f. 110, v°.]

*

[*Sequitur* Historiarum decades *Flavij Blondi* (*Venet.*, 1483, *dec. II*, *lib.* 2, *infra sect. VI.*]

138. SEBASTIANUS BRANDT,

De origine & conversatione bonorum regum.

[Basileæ, 1495, in-4, f. *N* iiij *a*-*O* iij *a*.]

*

[*Sequitur Flavij Blondi* Historiarum decades (*Venet.*, 1483, *dec. II*, *lib.* 2, *infra sect. VI.*]

139. IACOBUS WIMPHELINGIUS,

Epitome imperatorum Germanicorum (cc. 1500).

[Schardius redivivus, *RR. Germ. scriptores*, ed. Thomæ, Giessæ, 1673, I, p. 371.]

*

[*Sequitur* Sebastiani Brandt *narrationem de clade & reditu christianorum.*]

140. IOHANNES NAUCLERUS,

Memorabilium gentium commentarij (— 1500).

[Tubing., 1501, in-f., II, ff. 212-215.]

*

[*Sequitur* Iohannem de Columpna & Flavium Blondum.]

141. IOHANNES STAINDEL,

Chronicon (— 1508).

[Von Œfele, *RR. Boicarum SS.*, I, 500.]

*

[*Sequitur* Vincentium Bellovacensem, *supra p.* 97-110, & Bonfinium, *infra f. VI.*]

142. IOHANNES TRITHEMIUS,

Chronicon Hirsaugiense (— 1514).

[S. Gall., 1600, in-f.]

*

p. 528 Eodem anno rex Andreas Ungarie, Lupoldus quoque dux 1217
Austrie, Ioannes comes de Spanheim, Poppo comes de Henneberg, Wilhelmus Comes Hollandie potentissimus, Georgius comes de Wyede, Ludovicus comes de Oetingen & multi alij comites, principes, episcopi, abbates & nobiles cum innumerabili multitudine crucesignatorum pro Hierosolymitane urbis recuperatione ad Christi honorem transierunt.

p. 529 Anno Eberhardi abbatis III circa Dominicam Palmarum 1218
Lupoldus Dux Austria una cum Legato Apostolico Templariis quoque & Hospitaleriis maximaque multitudine christianorum Salvatori nostro in Terra Sancta militantium ad fines Egypti accedentes Damiatam, que olim dicebatur Heliopolis, urbem opulentissimam obsidione cinxerunt & aliquanto tempore oppugnarunt. Et in primis quidem turrim, que dicebatur clavis terre prope

Ioh. de Columpna, *supra p.* 128

litus Nili fluminis munitissimam in Vigilia Sancti Bartholomei apostoli post longam obsidionem ceperunt. Nec diu post etiam urbem ipsam obtinuerunt, quam tamen rursus postea perdiderunt.

1219 Eodem anno Conradus Saladinus Egyptiorum filius post captam a christianis Damiatam Hierosolyme retinende spem penitus abiiciens, muros & turres in circuitu destruxit, domos & ecclesias penitus desolavit, ut venientes christiani urbem vacuam & desertam invenissent. Turrim vero David templumque Dominici sepulcri & Salomonis sive precibus fidelium inibi commanentium flexus, sive civium potentia deterritus, sive alia qualibet ex causa, non liquet.

1221 Damiata civitas Egypti circa Nilum, quam christiani p. 531
priori anno cum magno labore ceperunt, interfectis habitatoribus eius multis pro liberatione captivorum fidelium, qui apud Sarracenos detinebantur, Saladino Babylonie a christianis restituta est: quod factum peccatis nostris demerentibus, quis dubitet? Nam Saladinus paulo ante pacem christianorum postulans, civitatem Hierusalem & regnum totum se restituturum, urbem quoque sanctam reedificaturum. Damiatam cum adiacente regione ad spatium viginti milliarium quiete possidendam se voluntarie concessurum, modo ulterius in terram eius non procederent, repromisit: & nunc eius gratiam postulant christiani.

[*Abhinc iterum sequitur* Iohannem de Columpna, *supra p.* 128.]

143. Ioachim von Watt,

Chronik der Aebte des Klosters St-Gallen (— 1530).

[Ed. Ernst Götzinger, St-Gallen, 1875, I.]

*

1217 Wie man nun zalt 1217 jar, als Innocentius, wie er noch im leben p. 262
was, das crüz wider den soldan hatt predigen lassen, und an grofs zal weltlicher und gaistlicher fürsten sich mit dem krüz zaichnet (welichs zur selben zit ain anzaigen was, dafs ainer wold wider die ungläubigen raisen), do ruft man sich in das hailig land, und zoch ain grosser zug ufs unser landschaft, die man iez die aidgenofsschaft nent, mit irem herren küng Friedrich von Schwaben an das mer, und furend zu dem hailgen grab. Es komend ouch ufs Frankreich, ufs Sophoi, ufs Unger und ufs Weltschland vil lüt; die kriegtend zwai ganze jar im hailgen land (wie wohl kaiser Friedrich nit dahin kam, wie man nacherwertz

vernemen wirt) und gewonnend die grofs ftat Acha, die nit wit vom mer in Egyptenland an dem groffen flufs, den man Nilus nent, liegt und vaft werlich ift. Doch trug fich nacherwertz zwietracht zu, dafs ain jeder herr fin wolt und man von des zitlichen gwaltz wegen in hafs und zwitracht kam, durch welich anlaitung des tüfels man wider den foldan lützel gut fchaffen mocht. In diefen jaren liefs fich die welt [durch] den bapft alfo füren, dafs man mit onfeglichem koften libs und gutz über mer ufs Tütfchland fur, die ungläubigen zu beftritten. Und was in unferem land nit felzfam, dafs ainer etwan zwai oder drü jar ananandren im halgen land gfin was. Und werend all die ritter worden, die dadannen kommend, die knecht hettend vor den rittern nit zu komen mögen. In denen dingen ftalt man bi allen kirchen ftök und kiften uf und gab man ablafs für all fünd, fo dik man das krütz und die hilf an die ungläubigen prediget. Das pracht dan dem bapft in allem fchaden der chriften den gröften nutz und das gröft gut; wie fidder har ouch nit ainmal das ganz Tütfchland mit ablafsbriefen um hilf widern Turggen um unfäglich gut bracht und betrogen worden ift.

p. 267 Dan als der foldan in Egypten bericht ward, dafs kaifer und bapft in 1220
p. 268 folicher vindfchaft ftundend, verfach er fich wol, dafs wenig hilf denen zugefchikt wurd, die vor guter zit in das hailig land wider in zogen warend, und ward fraidig und bracht die chriften, die zu Acha und daharum lagend, mit zwang darzu, dafs fi im die ftat wider müfftend ufgen und ainen nit vaft eerlichen bricht mit im annemen. Dan des bapftz legat der cardinal Pelai hiefs, der hat groffen fpan im hailigen land gemacht, darum dafs er im alle ding zuaignete und niemand nüntz wolt gelten noch fin laffen, dan den bapft, in defs namen er fich alles, das gwonnen und in der chriften gwalt was, an fich zu ziehen underftund; davon die fürften und herren, di ir lib und gut dargeftreckt hattend, och unwillig und verdroffen wurdend und alles glück der chriften am felben end als vaft hinderfich gieng, als vaft es etlich jar har für fich gangen was.

Verfio.

p. 262 *Anno MCCXVII Innocentio adhuc vivo, quum contra foldanum crux* 1217
prædicaretur, & permulti principes ac prælati cruce fignarentur (quod illo tempore fignum erat belli facri), iter in Terram Sanctam præparatum eft & magnus exercitus ex terra noftra, quæ nunc vocatur terra iureiurando adftrictorum cum duce eorum rege Friderico Sueviæ ultra mare ad fepulchrum fanctum profectus eft. Convenerunt quoque ex Francia, ex Sophoi, ex Hungaria & Italia multi viri; qui duos annos in Terra Sancta bellarunt (quamquam Fridericus imperator illuc non venit, ut alio loco
commemorabitur) & ceperunt magnam urbem Acham, quæ in Ægypto ad 1219
magnum flumen Nilum vocatum fita nobiliffima eft. Sed paulo poft difcordia nata eft, ita ut unufquifque dominari vellet & de poteftate fæculari

odium & rixa orerentur, qua de causa, diabolo instigante, contra soldanum parum egregie res gesserunt. His annis mundus per papam ita ducebatur, ut omnes ingenti corporis & pecuniæ impendio e Germania proficiscerentur contra infideles bellaturi, neque raro accidit, quod aliquis duos vel tres annos sequentes in Terra Sancta versabatur, & si omnes, qui inde venerant, equites facti fuissent, propter equitum numerum servientes nihil valuissent. Præterea in omnibus ecclesiis truncos & gazas posuerunt, indulgentia pro omnibus peccatis promissa; tum crucis & subsidij Terræ Sanctæ prædicationi clerus acriter instabat. Unde papæ maximum commodum, christianis maximum incommodum exortum est, ut exinde tota Germania indulgentiis pro subsidio contra Turcos offerendo exhausta & fraudata sit.

1221 *Tum vero Ægypti soldanus, imperatorem & papam inter se inimicitias* p. 267 *exercere certior factus providit, eos, qui multum ante in Terram Sanctam* p. 268 *profecti fuissent, auxilia exigua accepisse, unde exhilaratus christianos, qui in urbe Acha & regione vicina castra posuerant, coëgit, ut urbem iterum redderent & pacem parum honestam facerent; nam papæ legatus, qui vocabatur Pelagius, res Terræ Sanctæ ita perturbaverat, ut sibi omnia attribuens, unumquemque nullum ac nullius momenti esse existimaret præter papam, cuius nomine omnia, quæ christiani ceperant & capta tenebant, sibi arrogare conaretur, ita ut principes & domini, qui sanguinem & bona effuderant, indignarentur & irascerentur & res christianorum, quæ paulo ante bene processissent, ad irritum caderent.*

144. Iohannes Aventinus,

a) *Annales Boiorum* (— 1534).

[Ed. Cisner., Ingolst., 1554, in-f., p. 631.]

*

[*Sequitur Annales s. Rudberti, supra pp.* 185-186.]

b) *Bayrische Chronik.*

[Ed. Cisner, Frankfurt, 1580, in-f.]

*

1217 *Der fünfte gemeine Zug auss Deutschland uber Meer wider die ungläubigen Saracener gen in Egypten.* p. 375ª

Dieser Zeit stunden etliche Geistliche auff, weissagten auss dem Buch, so wir die heymliche Offenbarung S. Iohan-

nis nennen, das Stündlein wer kommen, daſs die Saracener mit ſampt irem Glauben auſsgetilget ſolten werden, darumb ſchickten die Bäpſt in Teutſchland ire Prediger, die ſolten das Volck, Fürſten und Herren, zu ſolchem Zug vermahnen, ſolche Prediger ſagten viel (damit ſie jedermann reitzten zu ſolchem weiten Zug, ſo bisher wenig Nutz gemeiner Chriſtenheit bracht hat) darauſs viel ubels und unrath entſtunden. Etliche meynten, ſie thueten was ſie wolten, recheten ſich an iren Feinden, ermordeten ſie, alſbald ſie nur das Creutzlein an ſich henckten, hatten ſie Fried und Gnad, waren ihnen alle Sinde ſchon vergeben und weren von der Straff und Schuld loſs und ledig. So ſagten die ungeſchickten Prediger ihnen vor.

il. Marb. .181-182 il. f. Rud- *ſupra pp.* -186. Nichts deſto weniger zohen uber Meer König Andreſs auſs Vngern, ſein Schwager, ſeins Vatters Bruders Hertzog Otto von Dalmatien und Croatien, Biſchoff Eckenbert von Bambergk, Markgraf von Andechs, Dieſſen und Wolffratzhauſen, Pfaltzgraff Ludwig vom Rhein und Herzog in Bayern der erſte, Hertzog Leitpold auſs Oeſterreich, Biſchoff Ulrich von Paſſaw, Graf Albrecht, ſein Bruder, Graf Berthold von Bogen, Graf Leitpold von Plaien, der Ertzbiſchoff Eberhard von Saltzburgk, Propſt Albrecht von Saltzburg, Propſt Friedrich von Bertholdſgaden.
Es ging ihnen am erſten wol, kamen gar in Egypten, belägerten die 1218
Statt Damiata, ſechs Tagereiſs vnter Alexandria, gewunnens vnd meyn-
ten, ſie hättens ſchon alles erobert, waren vnerfahren der Natur vnd Art 1219
des Waſſerfluſs genannt Nilus, der durch gantz Egypten rinnet vnd mitten im Sommer auſslaufft, das gantze Feldt bedeckt vnd befeuchtiget, denn es ſonſt keinen Regen nicht hat in Egypten, iſt allwegen ſchön, das wuſſte der Soldan auſs Egypten wol, darumb regt er ſich nicht, lieſs die Chriſten, als vnerfahren der Art des Waſſers, gleich nach irem
Gefallen machen, biſs die Zeit kam, daſs der Fluſs vnverſehens auſslieff, 1221
thete groſſen Schaden an Vieh vnd Leuten den Chriſten, die ſtunden biſs an den Halſs im Waſſer, Biſchoff Ulrich von Paſſaw, Graff Berthold von Bogen, Graff Leitpold von Plaien, Albrecht vnd Friederich, Chorherren zu Saltzburgk, viele andere mehr verdorben im Waſſer, vnd kam darzu der Soldan mit aller Macht daher, vberfiel die Chriſten: wolten die Chriſten nicht alle ob einem hauffen ſo ſchändlich vnd jämmerlich verderben, muſſten ſie alles das wider geben ohne entgeltnuſs, ſo ſie gewunnen hatten, vnd auch das ir dahinden laſſen, vnd alſo ir Leib vnd Leben friſten vnd mit ſchanden wider heym ziehen in Teutſchland. Sie kondten ſich auch vmb das gewonnen Land vnd Leut nit vereinen, es wolt der könig von Jeruſalem, der griechiſch Keyſer von Conſtantinopel haben, der Bapſt wolt zum Römiſchen Stul, die Teutſchen zum heyligen Römiſchen Reich haben, das Unglück halff inen ſolcher Sorg

vnd Zancks ab, ſie waren froh, daſs ſie nur mit dem Leben davon kamen, daſs ſie die Saracener alſo weg lieſſen.

Verſio.

De quinto bello ſacro, quod a Teutonicis contra infideles Ægypti Saracenos geſtum eſt.

Hoc tempore nonnulli eccleſiaſtes exſtiterunt, qui e libro, quem Apocalypſim ſ. Iohannis vocamus, vaticinarentur, tempus adeſſe, quo Saraceni cum errore ſuo perirent. Itaque papæ prædicatores in Germaniam miſerunt, qui populum, principes ac nobiles ad proficiſcendum adhortarentur. Hi vero diverſa concionabantur — qui unumquemque excitarent, ut expeditionem in terram tam remotam faceret, quamquam, ex his bellis chriſtianos nunquam lucrum feciſſe, ſatis conſtabat, — unde multa mala & damna orta ſunt. Nonnulli enim putabant, fas eſſe, quod cuperent, ulciſci iniurias, interficere inimicos, ſeque pace & gratia frui &, cruce aſſumta, peccatis liberatos, pœna & culpa abſolutos eſſe. Talia prædicatores inepti eis perſuadebant. p. 375ª

Nihilominus ultra mare profecti ſunt: Andreas, rex Ungariæ, ſocer eius, patris frater, Otto dux Dalmatiæ & Croatiæ, Eckenbertus, epiſcopus Babenbergenſis, marchio de Andechs, Dieſſen & Wolffratzhauſen, Ludowicus, comes Palatinus de Rheno & dux Bawariæ primus, Leopoldus, dux Auſtriæ, Ulricus, epiſcopus Patavienſis, comes Albertus, frater eius, comes Bertholdus de Bogen, comes Luitpoldus de Plaien, Eberhardus, archiepiſcopus Salzburgenſis, propoſitus Albertus de Salzburg, propoſitus Fridericus
1218 *de Bertholdſgaden. Primo quidem bene profecerunt; nam Ægyptum ingreſſi urbem Damiatam, ſex dietas infra Alexandriam ſitam, oppugna-*
1219 *verunt & ceperunt, quare putabant, ſe iam omnia expugnaviſſe, quamquam naturam fluminis Nili non cognitam habebant, qui per totam Ægyptum mediam fluit & media in æſtate creſcens ac diffuſus agros inundat, quum imbres in Ægypto deſint, unde tota terra floret. Soldanus vero, huius rei non neſcius, in loco ſuo reſtitit & chriſtianos, qui naturam fluminis*
1221 *ignorabant, plane neglexit, donec tempus veniret, quo flumen inopinato diffuſum in pecoribus ac militibus chriſtianis magnam iacturam inferret & ipſi uſque ad collum aqua circumdarentur. Ulricus, epiſcopus Patavienſis, comes Bertholdus de Bogen, comes Luitpoldus de Plaien, Albertus & Fridericus, canonici Salzburgenſes & multi alij aqua perierunt. Huc acceſſit, quod ſoldanus cum omnibus copiis ſuis progreſſus chriſtianos irrupit. Ne igitur omnes turpiter & indigne perderentur, neceſſe fuit, eos omnia, quæ expugnaviſſent, gratuito reddere & proiicere, quo facto vitam ſervarent cum infamia*

in Germaniam redituri. Prius quidem inter christianos non convenerat de terra expugnata, quam rex Hierosolymitanus, imperator Constantinopolitanus, papa patrimonio Petri, Germani sancto imperio Germaniæ vindicare voluissent, nunc vero hæc discordia & controversia diremta est calamitate: nam satis habebant, quod a Saracenis vivi & salvi dimittebantur.

145. IOHANNES HEROLD,

Continuatio belli sacri (— 1549).

[Basil., Oporinus, 1549, in-f.]

*

CAP. II.

Cruce signati quo ordine, quo tempore, Syriam ingressi sint.

[*Sequitur* Chronica *Burchardi, Ogerij Panis, Oliverium Scholasticum,* Annales Colonienses maximos, *Iohannem de Columpna, Villanium, Bonfinium, Blondum & pro maxima parte Paulum Æmilium.* 1217

CAP. III.

Egyptum ex Syria invadunt nostri.

[*Sequitur Bonfinium, Ogerium Panem & Oliverium Scholasticum.*] 1218

CAP. IV.

Nili inundatione nostri afficiuntur multis incommodis, indictæ supplicationes, mirabilis nostris data divinitus victoria.

[*Sequitur Paulum Æmilium, Fl. Blondum & Bonfinium.*] 1219

CAP. V.

Subsidia in Egyptum nostris mittuntur, fames oritur in castris, in urbe lues, tandem Damiata expugnatur.

[*Sequitur eosdem.*]

CAP. VI.

Titanum urbs occupatur ab exploratoribus christianorum.

[*Sequitur eosdem & Burchardum Biberacensem.*] 1219

Cap. VII.

De legati ambitione, regis ira, clade noſtrorum miſera.

Cap. VIII.

1220 Iam rebus ſuis diffidens Meledinus incenſis caſtris, Chayrum abierat, Babylonamque munitiorem reddere conabatur. Latini patrie veteris immemores, tanquam in coloniam veniſſent, in urbe Damiata per annum ferme integrum deſedere, quum inter Pelagium cardinalem ac Brennam regem de ditione contentio oritur graviſſima. Partes enim ſibi in omnibus primas legatus, iure legationis vendicabat. Brenna rex, omnium ſuffragiis, urbis imperium iamdudum adeptus, exercitus imperatorem ſe eſſe, & deci debere contendebat, nec ſe unquam viro togato ceſſurum aperte minabatur. Erat autem Iohannes vir alias & in republica, & in militia adminiſtranda clarus, gratus tam civibus quam militibus omnibus. Nec deerant ex peregrinis, qui huic ob virtutes in eo clariſſimas impenſe faverent: econtra, Pelagio invidebant, tanquam homini arrogantiſſimo, qui ambitionis modum neſciret. Inventi ſunt etiam, qui in Brennam regem, huius diſcordie cauſam tranſferrent, quod de ſe nimium confidens ex arbitrio omnia regeret, admonitionibus legati, nulla habita conditionis reverentia, immodeſtius in omnibus recalcitraret. Hec autem contentio magnis auſibus moram intulit, reique bene gerende tum occaſionem, tum omne ademit tempus. Rex enim iratus, Ptolemaidem magna militum manu feciſſet, cauſam capiens, quod Milichaſecaph, Saphadini filius, dum in urbe Damiata expugnanda & conſtituenda moraretur, Templarios bello exercens, Albam ſpeculam, preſidium munificentiſſimum deſtruxiſſet, occupaſſetque caſtrum Saphet Damaſcenorum ſoldanus. Hanc igitur tantam Reipublice cladem ulciſcendam ſibi eſſe, ac Templariis ſubſidia ferenda dicebat. Fore ut conſciſas vires Sarracenorum attereret, & conprimeret temerarios eorum auſus, recuperatiſque preſidiis, brevi ad exercitum reverteretur. Conſtabat preterea, Gorgianos qui ad Caſpios montes terram inhabitant, Colchis, Iberis finitimis auxilia per literas pollicitos eſſe, atque Leonem regem, qui una cum Armeniis eos regebat, adfuturum propediem. Hos ut exciperet, Brenna iturum ſe iactabat, nec non Iconenſis regis copias auxiliares ſe adducturum. Que omnia etſi veriſimilia videbantur, in

Oliv. Schol. p. 1415-141

colorem quesita magis, quam in animo regis fuerunt. Deses enim apud Acconem, rerum omnino nihil agens, ter quaterque voçatus, reditum ad Damiatam negavit. Quare factum, ut quantum letitie ex urbe capta Honorius papa hausisset, tantum tristitie & duorum hominum obstinatissimorum ambitione conciperet. Ne igitur respublica aliquid detrimenti caperet, Ioannem cardinalem, ex familia Columnensium, successorem Pelagio iterum mittit, qui Genuensium, Venetorum, Pisanorumque navibus in Syriam usque traiecit. Hi enim captivitate urbis opulentissime allecti, haud contemnendum numerum militum conscripserant. Idcirco spe longior illa mora, apud Damiatam acta, non usquequaque inutilis habita est. Preter classem enim, multorum aliorum principum supplementa accessere. Inter quos ipse Bavarus Ludovicus, cum popularium suorum magna manu, exercitui christiano se adiunxit, a Frederico secundo, cum trecentorum, ex aula virorum fortissimorum cohorte premissus, quem statim insequuturum se, literis & ore affirmaverat imperator. Appulit etiam sub Cal. Iulij Mattheus comes, quem Fredericus Apulie prefecerat, Iul. 1
triremibus instructissimis octo, septingentos ex Sicula nobilitate equites, iussu Frederici devehens, dum in Syriaco mari piratarum Egyptiorum classem, obvia queque depredari audisset, duodecim longis hostium navibus se infert, ipsis congressus, haud magno negotio fudit. Oppressit ex eis naves quatuor ac aqua demersit. Relique trepida fuga in Egyptum se recepere, duabus exceptis, quas captas secum Damiatam, preda onustas deduxit, ducentis Sarracenis suspendio enecatis. His aucta res christiana viribus florere videbatur, ac ad res gerendas tantum imperatore carere. Incipiebat etiam proceres tam segnis more tedere, spes evertende Barbare superstitionis omnes maturare negotium compellebat. Legatus igitur, milites ad signa convenire, in sultanum ire iubebat. Miles dicto haud parebat, & si magna ei promitterentur, quanquam de Indorum rege, Davide appropinquante, & auxilia christianis ferente, multa dicebantur. Meledinus etenim, audita Pelagij & Brenne contentione, lecto milite Egyptio, ad diei unius iter, prope urbem castra locaverat. In dies nostros provocabat populationibus & excursionibus, in omnem occasionem intentus, qua nostros ex urbe in campos patentes ac exundationibus Nili obnoxios pelliceret. Igitur ne tantam ignominiam perferre diutius cogerentur

1220 noſtri, legatus nuntios ad Brennam mittit, qui hominem revocent, ac imperium exercitus illi deferant, quo ſine, miles non latum pedem progreſſurum ſe per ſancta iuraverat. Rex Ioannes, audita militis pertinacia, viſis publicis nunciis, qui conſenſu militari miſſi fuerant, etiam ſi a Pelagio antea ſepius revocatus, novas ſemper non veniendi moras cauſaſque contexuiſſet, victus Columnenſis amici, ac fatigatus procerum precibus, tandem ducem Dei viventis exercitui, ſe prebi-
1221 turum reſpondit. Auctus igitur milite, commeatu & armis, poſtquam decimum menſem abfuerat, Damiatam pervenit, acclamationibus ac omnium imprecationibus fauſtis exceptus. Iam imperatorem, iam ducem, iam commilitonem ſe habere exclamat miles, iam qui ſacris, qui bello preſint, qui rite omnia curare poſſint adeſſe, cum legatus conſilio, Brenna armis rempublicam tutandam, unanimes ſuſcepiſſent. De ſumma rei, poſtquam ſatis humanitati atque amplexibus datum, conſultatum, ſed variis ſententiis. Legatus ferro cum hoſte protinus decernendum eſſe, conſeneſcere militem, alias cunctando, ocium & deſidiam invaleſcere hoſti mora vires accreſcere, virtutem augeri & fiduciam, noſtris tedium atque *Oliver. Sch.* contemptum, ſpem exinaniri omnem. Victo hoſte, aut etiam in p. 1427-1. caſtris abdito, Chayrum obſidendam, que imperij caput, quo ſucciſo, Egyptum omnem intermorituram. Summa conſilij, aut Meledinum, exutis caſtris, morte vel fuga, Egypto eiiciendum, aut Chayrum tyranni recepta cultum, evertendam. Brenna rex expertus, quam magno periculo ſuperioris Egypti rex tentarentur, de Hierolyma urbe, de ſacra provincia certamen eſſe, non de Memphi, non de Babylone, non de Thebis dicebat, quas etiam expugnatas in fide retinere nemo poſſit. Ad Syriacas ſeipſum evocatum, malle ſe Hieroſolymarum regem quam Egyptum ſultanum dici. Res ſyriacas, ab Egypti latere, ſatis tutas eſſe, ſi valido preſidio munita Damiata, hoſtem diſtineat, donec reſtitutis & inſtauratis Syrie rebus, vires accreſcant regno, quo ad Occidentalium res pacificate, totis viribus in Orientem trahi poſſint. Ludovicus Bavarus de Tani urbis ruinis reſtaurandis, ac deducenda eo loci colonia, conſilium dabat, qua Memphitici eo facilius reprimerentur, cum propter loci propinquitatem, tum propter munitiſſimum nature ſitum. Nec tantum Egyptios ab obſidione Damiate averti poſſe, ſed in officio Arabes contineri, in proclivi fore. Quandoquidem ab Oriente paludes Arabibus ex montanis deſcendentibus obſtarent, ab Occidente Nili fluenta Egyptios arcerent, a meridie Traianus amnis, rubri maris accolas diſtineret ad Septentrionem atque

Syriam verfus, omnia in tuto effent. Hec equidem fententia, 1221
regem non admodum renitentem habuit, cui videbatur,
colonia inducta, exercitum in Syriam duci poffe unanimi
confenfu. Nec difplicuit legato Bavari confilium, quem
haud latebat, aut cum Barbaro congrediendum fore, dum
conatus noftrorum impedire vellet, aut colonia & prefidio
pofitis, cupidinem invafuros noftros obfidendi Chayrum,
quam profpectu intuerentur. Decreto itaque publicato plebi diver-
·. *Scholaft.* fus fuit animus, & in Syriam magis propenfus, tamen cum viderent
28-1439 univerfi, legatum fententie inherere, iureque facrofancte poteftatis, Bren-
nam regem, Bavarum & ceteros duces, perfuafionibus, precibus,
minifque adigi, execrarique eum, qui dicto inobedientem fe preftaret.
Eid. Quintilibus ad feptuaginta hominum millia, ex urbe prorumpunt, Iul. 15
in hoftem ituri. Barbarus in certum vero an fimulato metu, quo com-
modum videbatur, femper cedebat, qua re legati letitia, omnium-
que fpes admodum aucta eft: atque que inter Chayrum, Damiatamque
occupata omnia. Pons etiam navalis, quo Nilum traiecerat hoftis, duobus
prefidiis, in utraque ripa conftitutis, expugnatis, interfectis cuftodibus,
recipitur. Caftris igitur locatis, operi noftri partim inftant, partim ad
Chayrum ufque procurfantes, fegnitiem, ignaviam & timiditatem hofti
inclufo exprobrant; fi viri effent, prodirent, manus confererent, quos in
fpeculis vident, hortantur. At Barbari in ea urbe, in bello natos, fortes,
ac fpoliis affuetos milites collocaverant; qui fiduciam noftrorum ridebant,
ac cunctando perniciem noftris machinabantur. Nam dum edificando,
circumvolitandoque dies e die ducitur, ludificando Barbarus noftros in
fecundum ferme iam menfem detinuerat, nunc ex caftris, nunc ex urbe
noftros velitationibus urgens, ac ita ad fui contemptum pertraxit, quod
ignari locorum, rerum & temporum, inter aggeres Nili, tanquam in pro-
pugnacula fe reciperent. Hoftis in maffam deductos, cum omne rei bene
gerende compendium ereptum noftris videt, ac nullum virtutis exercende
locum fupereffe, Nilum omnem in caftra noftrorum, que commeatu referta
erant (nam ad menfes tres annonam fecum convexerant fufficientem)
emittit. Coërcent hunc amnem undique ripe elevatiores, alicubi vero pro
foli fitu, depreffiores. Addita funt hominum commenta, foffe hinc illinc
ducte, quibus alluvionis tempore per patientia derivatur, & Nilus tunc
forte increfcens, cataractis apertis & effoffis ad fundum ripis late fe effundit,
regionem diluvio omnem occupans, ut noftrorum caftra, etiam ubi folum
natura aut congefta terra elevatius erat, tamen ad cubiti unius altitu-
dinem fuperaret. Editiora loca, molefque Egyptij locorum gnari occu-
pant, qua arte & fiducia & virtus noftrorum periit omnis. Quippe &
iumentis & hominibus neceffaria omnia vi fluminis corrumpebantur, nec
falvum aut reliquum erat, quo vel in triduum noftri fuftentarentur. Pri-
vatam calumniam publica compefcebat calamitas. Aciem hoftis, madidi,
merfi luto, nequaquam poffe penetrare videbant, nec fuge inire iter, cum

1221 unda omnia tegerentur, nec alveus, nec vadum apparebat. Omnia pontus erant. Qui per aggeres patebat exitus, crebris & validis hostium presidiis insidebatur. In classe ac reliqua apud Damiatam relicta turba nulla spes. Quippe hi maritimis viribus, quam terrestribus firmiores, nec per flexuosas ac tortuosas rivorum moles, ab hoste obsessas, facile erat, ad nostros irrumpere, aut suppetias perditis inferre rebus. Unanimi consensu denunciatur totis castris, inedia potius omnibus pereundum esse, quam turpes conditiones admittere, aut pacem turpem pangere. Brevi fore, ut Nili fluentis detumescentibus, sue rediret terre siccitas, Egyptiis gaudium luctu permutaretur. Orationes indicte & supplicationes, at nihil impetratum. Iam sopor triduo ieiunio gravior, acies instructas, hac illac fluitantes opprimit; innixos hastis, aut humeris proxime astantium inclinatos, videre erat, dissolutis somno membris, in aquas considere, que res Meledini soldani, etiam hostis animum, in admirationem virtutis & constantie perduxit. Nec dissimulare diutius potuit, quem ex pertinacia nostrorum dolorem contraxerat; nuncios ad legatum & regem, ceterosque principes mittit, qui eos communis salutis rationem habere iubeant. Non ignorare ipsum, quo in statu res ipsorum collocate sint, Nilum in dies alluvione excrescere naturali suo instituto, atque ante autumnale equinoctium haud in alveum se recepturum. Non recusare se pugnam, sed imbellem forti, ignavum strenuo, presertim aque violentia fame atque somno enervato, iam prestaturum. Pareant itaque necessitati, legesque accipiant quas sine dedecore, sine ignominia, absque nota, suscipere possint. Nepharium ipsi videri, si tante multitudinis cladem solem conspicere contingat, ipsum non nefarium a nostris scelus exposcere, tantum id postulare, ut Egyptus in libertatem pristinam restituta, suis utatur legibus. Legatione audita, quantum Respublica Christiana detrimentum acceptura esset, ex interitu tantorum & tot virorum, item ipsis, que in Syria possidebantur a fidelibus, in apertum exitium ferri perspiciebant. Tandem his conditionibus pacem se velle respondent, si sacrosanctam crucem, quam Salahadinus intercepisset, nostris redderetur, si exercitus deportaretur & illesus in tutum collocaretur, additum, additum presidium Titani sive Tanis urbis in potestate Soldani fore, ille Damiatam petere cepit. Tunc exclamatum, prestare mori millies, quam hoc flagitium admittere, gravia, dura ac aspera hec postulata esse. Soldanus deliberationi tempus concedit. Itaque prima noctis insequentis vigilia, tessera data. Damiatam versus, totus exercitus contendi, ac e luto illuvieque emergere tentat. Germani, que super aquam extabant, incendentes, sequuntur, que res hosti nostrorum fugam patefecit. Obstructis igitur viarum aditibus, cum aquis exitus negaretur, restagnantibus iis, magna ea nocte nostrorum periit multitudo. Duces igitur cum periculum increscere viderent, acies in quodam colle collocant, quem & si aqua inundaverat, tamen tenuius quam cetera obiectum, occupaverant, ibi expectato sole, consilium ex eventu captant. Meledinus autem, orto sole, videns nostros eo redactos, unde nisi maxima clade regredi non possent, iterum ad proceres mittit, qui cuncta-

bundos periculi admoneant, Damiatam petant, chriftianis in Syria pacem 1221
& inducias offerant, per octo annos integros. De cruce Dominica, ac exercitus incolumitate omnino nihil immutent. Confenfu demum totius exercitus, iureiurando he conditiones firmate. Datis deinde & receptis viciffim obfidibus, impedimenta omnia, machine, arma hoftis fidei concredita, qui ut aliquid hoftile moliretur in deditios, tantum abfuit, quod etiam fame affectos liberaliffime refecit, & pavit fplendidiffime.

Cap. IX.

De urbe Damiata reddita Soldano, noftrorumque deditione & difceffu miferabili.

[*Sequitur Iohannem de Columpna, fupra p.* 128.]

146. Heineccius (J. M.) († 1722),

Antiquitates Goflarienfes.

[Francof., 1707, in-f., I, pp. 215, 223-224, 228.]

*

[*Sequitur* Chr. reg. Colon. & Burchard. Biberac., *fupra pp.* 145-152, 155-158.]



V

TESTIMONIA

E CHRONICIS IN HISPANIA SCRIPTIS

EXCERPTA



V

TESTIMONIA

E CHRONICIS IN HISPANIA SCRIPTIS

EXCERPTA

* * *

147. *Añales Toledanos I* (— 1217).

[Florez, *Eſpaña ſagrada*, XXIII.]

*

p. 400 . . ., . . Vino grand hueſt en barcas por ſobre mar, gientes 1217
que non entendiamos, è arrivaron en *Carſabodenez*, è fueron
alla de Portugal, è los Freyres de los otros regnos, è ayun-
taronſe los reyes, è los Moros con toda Andaluz, è lidiaron
con los chriſtianos, è vencieron los chriſtianos à los Moros,
è mataron mas de lx. mil Moros, xxv. dias de ſeptiemb. Sept. 25
Era MCCLV.

Ficieron cruzada los Freyres de las Ordenes de Eſpana 1218
con las gientes del rey de Caſtiella, è del rey de Leon, è de
los otros regnos quantos quiſieron venir y, è Savaric de
Mallen con muchas gientes de Gaſcona, è fueron cercar
Cancies, è lidiaronla, è non la priſieron, que facia tan grandes
aguas, que non pudieron y durar. Eſto fue mediado novem- c. Nov. 15
ber, è duró haſta cerca de Navidad, è tornaronſe ende. Era Dec. 25
MCCLVI.

148. RODERICUS TOLETANUS († 1247),

Chronica Hispaniæ (— 1243).

[Schott, *Hispania illustrata*, IV.]

*

1217 Huic successit filius Alphonsus in principio christianissimus, in fine sue deditus voluntati. In diebus eius Alchazar & castra alia in deditionem fidei christiane pervenerunt. p. 115

149. *Chronicon Lamecense* (— 1245).

[*Monum. Portugalliæ hist.*, *SS.*, I.]

*

Alcazar capta fuit a iam dicto rege Alfonso. Era MCLX [XXX] VI. p. 20

150. LUCAS TUDENSIS († 1250),

Chronicon mundi.

[Schott, *Hispania illustrata*, IV.]

*

1217 Huius gloriosi regis tempore multi cruce signatorum mare Mediterraneum transfretantes in Egypto nobilem civitatem Damiatam de Sarracenorum manibus eruerunt. Etenim per unum annum antequam rex Fernandus regnare inciperet, gloriosus papa Innocentius Rome synodum celebravit: ubi fuerunt quadringenti septem episcopi, primates & metropolitani septuaginta unus. Affuerunt etiam duo de precipuis patriarchis, videlicet Constantinopolitanus, Hierosolymitanus: Antiochenus vero gravi languore detentus misit procuratorem suum. Alexandrinus etiam Sarracenorum dominio pressus misit vicarium suum. Interfuerunt abbates Benedictini p. 113

& priores conventuales plusquam octingenti. Procuratores episcoporum, abbatum, imperatorum, regum & principum non potuerunt numerari. In qua synodo ecclesie Christi columne & pastores rectissime de honestate ac fide catholica tractaverunt, statuentes ut ad liberationem terre sancte cunctus clerus subsidium mitteret. Tunc missus est a sede romana 1219
nobilis & prudens cardinalis Pelagius, episcopus Albanensis, Hispanus natione, qui factus dux, cruce signatorum civitatem Damiatam (ut supra dictum est) cum thesauris innumerabilibus cepit. Hanc autem civitatem procedente tempore Sarraceni, exigentibus peccatis nostris, iterum occupaverunt. 1221

151. *Chronicas breves de S. Cruz de Coïmbra* (— 1279).

[*Monum. Portug. hist.*, *SS.*, I.]

*

p. 25 Filhou a vila de Beia, e Alcacer, e Cizimbra aos Mouros.

152. Alphonso X el Sabio († 1284),

La gran conquista de Ultramar.

(Guillelmi Tyrij versio et continuatio Hispanicæ.)

[Ed. P. de Gayangos, *Bibl. de los autores Españoles*, t. XLIV.]

*

[*Sequitur* Eracles, *pp.* 322-355, *&* *Ernoul, ed. Mas Latrie, pp.* 424-447.]

153. Alphonsus a Spina,

Fortalitium fidei.

[S. l., n. a. (Argent., 1472), in-f.]

*

[*Sequitur pro maxima parte Iohannem Frasquet, supra p.* 126.]

Centesimum vicesimum bellum inter Sarracenos & christianos accidit 1217
anno Domini millesimo ducentesimo decimo septimo, tempore Honorij

pape tertij. Tunc congregatur exercitus Achon cum regibus Ierusalem, Cipri, Hongarie & ducibus Austris Bavarie, Francisque quam pluribus & Germanis; redeuntibus vero Hongaris, aliqui Egiptum applicantes Da-
1219 miatam capiunt pereuntque tam ferro quam fame octuaginta milia Sarracenorum, denique capto cardinali templariis & hospitalariis totoque exercitu excepto rege qui a cardinali discordans recesserat, Damiata que per annum a christianis fuerat possessa, pro eorum redempcione fuit
1221 reddita paganis hoc tempore ab eorum papa beatus pater noster Franciscus regulam confirmavit.

Le livre de la forteresse de la foy.

[Bibl. Nat., Fr. 20069 (m. s. XV).]

Sarrazins tout vaincus & la cité de Damiette prinse. f. 377 a.

La cxx^e bataille advint l'an mil CCXVII au tempz de Honorius troi-
1217 *zieme pape de ce nom. Et adonc l'exercite des chrestiens de Acon, avec les rois de Iherusalem & de Cypre & de Hongrie, avec eulz les ducz d'Austeria, de Bavière & plusieurs François vindrent en Egipte. Si prindrent la cité de Damiette, où ilz occirent IIII^xx mille Sarrazins. Mais en*
1219 *la bataille, ilz prindrent ung cardinal, plusieurs Templierz & autres prisonniers pour la redemption desquelz fut rendue aux paiens la dite cité*
1221 *de Damiette.*

154. *Legenda martyrum Morochij* (— 1480).

[*Monum. Portug. hist., SS.*, I.]

*

1219 In illa autem fratrum dispersione beatus Franciscus ob fervorem martirij ad partes Syrie cum duodecim fratribus aliis transfretavit & ad soldanum se contulit: eumque constantissime Christi fidem predicantem soldanus cum omni reverencia Domino disponente, ad propria remisit. p. 116

155. IOHANNES MARIANA,

De rebus Hispaniæ lib. XII (— 1515).

[Schott, *Hispania illustrata*, III.]

*

1217 Eo anno Mathei Olisiponensis presulis virtute industriaque in Lusitania oppidum cui Alcasari Salis nomen est, cum p. 565

magna Maurorum ſtrage captum fuit. Templarij Hoſpitalariique milites multo in eo bello iuverunt, ſed precipua claſſis laus ex Anglia, Belgio Galliaque relique in ea littora appulſe: eorum qui Innocentij opera, quaſi ſigno in Lateranenſi concilio a patribus dato ad bellum ſacrum inſtaurandum, emenſo Oceano & Mediterraneo mari in Syriam navigare pergebant. Commodum id rebus noſtris accidit, ſupra ſexaginta Maurorum millia trucidata ad vij. kalend. octobris Sept. 25 acie dimicatum.

156. Ruy de Piña,

Chronico do muito alto, e muito eſclarecido principè D. Affonſo II (— 1519).

[Ed. M. L. Ferreyra, Liſboa, 1727, fol.]

*

Cap. IV.

p. 9 *Do fundamento, que ouve para Alcacere do Sal, que era de Mouros, ſer cerquado, e tomado dos chriſtiãos, e do Biſpo de Liſboa principalmente.* 1217

Nos primeyros ſinquo annos que Elrey Dom Affonſo Reynou nom ſe acha, que ſocedeſſem outras couſas, ſalvo has deſavenças, e deſacordos em que andou com ſuas irmãas, e irmãos, e aſſi ha guerra com Elrey de Liam, e com ſuas gentes como jáa dice, e paſſados hos ditos ſinquo annos, e andando ha era de noſſo Senhor em mil e duzentos e dezaſete annos hos chriſtíãos, que eſtavam na conquiſta dultra maar por defençam, e recobramento da Terra Santa, tinham muitas neceſſidades de concorrer às cruas guerras, e cerquos apertados, que dos Infieis padeciam, para ho q̃ hos Summos Pontifices convaquavam, e requeriam todoles fieis chriſtãos de todalas naçoes, e vindo por maar ha eſte ſoccorra muitas gentes Dalemães, e Framenguos, e outras de contra ho Norte fizeraõ todos hua frota de cento e ſinquoenta naos de que eram capitães principaes Iliquino, conde Dolanda, e Georgeo, conde de Friſia, com que hiam outros ſenhores, e grãdes homens, e ſendo em maar, em través de Portugual

1217 para demandarem ho eſtreyto de Gibaltar deu na frota tam grande, e tam contrayra tromenta, que algumas naos dellas ſe perderam, e has outras corre ram a ho Cabo de S. Vicente atée e ha Villa de Farão, aqual com toda ha comarqua, e reyno do Alguarve ainda eram de Mouros, e porque ho vento contrayro, e aſſi ha terra de imiguos, em que eſtavam, nom lhes traçavam bem para ſua ſegurança, elles dos donos, e perdas recibidas ſe poderem milhor repayrar fizeram volta, côm fundamento de ſe virem aho porto de Liſboa.

Sendo outra vez em maar, deu nelles outra tromento mais aſpera, e de mayor periguo que ha primeyra, em que jáa tambem perderam algumas naos com toda ha gente que nellas vinha, e ha outra frota depois que ha tromẽta ceſſou, e ſobreveo bom vento de viagem, entrou toda via, e veo ſurgir ante ha cidade de Liſboa, e hos capitães della aſſaas triſtes, e anojados, pelas grandes perdas de gentes, e doutras couſas, que no maar tinham perdidas, e ſahindo loguo capitães com pouqua gente em terra ho biſpo, que entam era de Liſboa chamado Dom Matheus, ſabendo que eram chriſtãos hos recebeo, e tratou com muita houra, e bom acolhimento, ſegundo ha bondade de huns, e has neceſſidades dos outros p. 10
requeria, de que ho Biſpo loguo ſoube o propoſito com que vinham, que era por ſocorro, e ajuda da Caza Santa. E dahy ha pourquos dias eſte Biſpo de Liſboa, porque era prelado de muy bom eſpirito, e grande coraçam, depois de ter juntos com ſeus roguos, e boa humanidade hos principaes deſtes eſtrangeyros lhe dice.

« Honrados, e devotos ſenhores Deos ſabeque amim peza muito de todolos nojos infortunios, que paſſaſtes, e ho remidio por agor a nom he outro ſalvo paciencia do paſſado, e eſforço, e bom coraçam para bo que mais vier, vòs vedes bem, quanto vos he contrayro ho tempo para ſeguirdes voſſa propoſta viagem, e deſto por voſſos pilotos, e mariantes podeis ſer milhor certificados, pode ſer, e eu aſſi bo creo, que Deos ho premite aſſi para alguna couſa de ſeu louvor, e ſerviço, e tambem de noſſas honras, e proveyto, e eſto digo porque aqui junto haa hum caſtello em poder de Mouros, que dizem Alcacere, de que eſta terra toda que he de chriſtãos recebe muito dano, ſe vos prouver pois eſte feyto, nom he eſtranho doutros, que emprendeſtes, e ha que his ajudarnos nelle, aſſi como vejo que podeis fazer, e com voſſa

gente, e ajuda de Deos principalmente, ho guanharemos 1217
dos infieis, e pois ha obra, e o ferviço he de Deos, elle por fua grandeza, e piedade vos darà delle boom gualardam, e neftas coufas fóomente que tocam ha voffa honra, e falvaçam, aconfelhayvos com fizo, e com a devoçam, e nom com ba vontade carnal, porque afsàas de verguonhofa coufa ferà pubriquardes pelas bocas boom dezejo para ho fervir, e has obras, que fam tam poffiveis ferem diffo contrayras, e pois ho luguar, e tempo fe offrecem aguora tam defpoftos roguovos que elles nom vos paffem com ouciofidade, ca bem creo, que bem fabeis que ella he fundamento de todolos peccados, e fepultura dos homens vivos, e curaçaõ de todolos coftumes, e propofitos virtuofos, e pois em voffos fobrefinaes que trazeis moftraes ferdes devotos, e fervidores da cruz, affi tabem he rezaõ, que fejais imiguos dos imiguos della, e voffas mãos fortes dem aguora verdadeyro teftemunho da bondade, e fée de voffos corações, e efta tomada de Alcacere, para que vos convido, e requeyro, ferà com a graça de Deos afsàas poffivel, fe vôs com voffas peffoas, e frota quizerdes ajudar ha nòs, que com outra gente do reyno vos feremos em todo fieis, e boons companheyros. »

Eftas palavras, e outras muitas ha eftas conformes dice ho bifpo ahos eftrãgeyros, alguns dos quaes depois de haverem antre fy feu acordo, e concelho riveram oppiniam contrayra, e fe partiram, e outros, que foram hos mais confentiram na propofiçam, e requerimento do bifpo, e lhes aprouve fer na hida fobre Alcacere.

Cap. V.

p. 11 *Como Alcacere foy cerquado, e com que numero de gente Portuguezes, e tambem eftrangeyros.*

A quelles eftrangeyros, que foram dacordo com hos Portuguezes de irem fobre Alcacere fe recolheram loguo às fuas naos, e fendo aparelhados do q̃ lhes compria no mez de Setembro, fe foram, e feguiram ha barra de Setuvel, que nefte c. fept. 15
tempo era Luguar pequeno, e nom ora cerquado, em que pefcadores fóomente viviam, e da gente de Portugual fe acha que foram eftes capitães principaes, ha faber efte dom Mateus, bifpo de Lifboa, e dom Pedro, meftre da ordem da

1217 Cavallaria do Templo, e dom mestre Guonçalo, prior do Esprital, e Martim Barreguam, comendador de Palmella, e estes levaram comsiguo da terra, comarqua de Lisboa, e de Evora, e de seus termos vinte mil homens, de que hos mais eram de pée, e alguns de cavallo, e nom se acha que elrey dom Affonso, que entam reynava em Portugual, fosse neste exercito em pessoa no qual tempo parece que elle deveria ser doente, ou empedido por alguma outra urgente causa, porque nom póde ser neste feyto, e averia por bem, e mandaria que se fizesse prestes, como se fez, ca nom hee de crer, que tamanho feyto sem seu mandado, e authoridade se cometesse, e ho que se neste caso achou, hee que hos estrangeyros em navios, que poderam hir, foram de Setuvel pelo rio asima atée junto Dalcacere, onde saindo alguns para tomar uvas, hos Mouros, que da sua ida eram jáa bem avizados, com armas lhe foram resistir, em que ouve algum acometimento de peleja, de que hum Mouro se diz q̃ fiquou morto, e hos outros se recolheram aho castello, e hos estrangeyros surgindo com seus navios mais àvante proferam defronte da villa suas pranchas, e sem resistencia sayram em terra, e loguo elles, e hos Portuguezes que jáa tambem eram cheguados, juntos com devida deligencia, e resguardo cerquaram ho castello de maneyra que alguma pessoa nom podia sair, nem entrar sem conhecido periguo; mas hos Mouros posto, que com tanta estreyreza se vissem cerquados nom mostravam ter por esso desmayo, nem temor, vendo que ho castello em que estavam era de muros, torres, barreyras, e ha cava muy forte, e bem provido, e acalcado de muitas gentes, e armas, e mantimentos para grandes tempos, e por milhor senefiquança ahos de fora de seu esforço e cõfiança poseram muitas bandeyras por sima do muro de que em sinal de desprezo diziam feas palavras, e davam suas costumadas gritas.

E hos christãos leyxaram boa guarda sobre sua frota, que p. 12
com gentes, e armas fiquou no porto bem segura, e sobre esso huns, e outros fizeram loguo combater ho castello, e vendo que pela largua, e alta cava com que ho muro era em torno valado nom podoraõ bem cheguar ahos muros, e cortaram tantas arvores de fruyto, e juntaram tanto outro mato que sendo igual ha cava com ha terra de fóra podessem mais sem trabalho cheguar ahos muros, ma hos Mouros

aconſelhados das neceſſidades, e periguo em que ſe viam, 1217
lançáram de ſima tanto foguo, com tantas couſas temperado, que ha lenha da cava ardeo loguo toda, por cujo impedimento leyxaram loguo de cõbater, e apoz eſto ordenaram hos chriſtãos hum engenho para com pedras deſtroirem ho muro, mas ſua fortaleza de dentro era tal, que dos ſeyxos de fóra lhe dava muito pouquo, pelo qual tornáram ha lançar tanta lenha na cova, com que foy chea, e tal guarda ſe poz, que nom foy dos Mouros queymada como elles loguo tentáram, par ſima da qual hos chriſtãos cheguados aho muro deram hum cõbate ha que hos Mouros com ſeu grande eſforço, e muitas armas reſiſtiram de tal maneyra, que afaſtaram hos chriſtãos dos muros, em que de huma parte, e de outra ouve aſſas mortos, e feridos.

Cap. VI.

Dos reys Mouros, que vieram por ſoccorro da villa de Alcacere, e da primeyra batalha, que deram, em que foram vitorioſos.

Hos chriſtãos, que tinham cerquado Alcacere, e hos Mouros que nelle eram cerquados tinhaõ antre ſy diverſos penſamentos, ca huns conſultavam engenhos para brevemente tomar, e hos outros artificios para ſe delles defender, e tambem nom leyxavam de buſquar, e conſultar conſelhos, e remedios para com ſoccorro ſerem deſcerquados, ſobre que tinham feytos ſeus avizos ha quatro reys Mouros, que eram na Eſpanha, ha ſaber elrey de Sevilha, elrey de Cordova, elrey de Jaem, e elrey de Badalhouſe, hos quaes para eſte ſocorro, e deſcerquo foram pór ſeu arrayal aho luguar que chamam Sitymos, que he huma leguoa Dalcacere, de cuja vinda ſendo hos chriſtãos loguo ſabedores foram poſtos em temeroſo penſamento. E nom era ſem cauſa, ſegundo verdadeyra certidam, que ouveram, ca traziam comſiguo por terra buinze mil de cavallo, e oytenta mil de pée, e pelo maar dez Gualés bem remadas, e aparelhadas.

p. 13 Mas aguelle alto Deos, que ſobre todos tem ho poder, nom quiz em tanto periguo, e neceſſidade deſemparar hos chriſtãos, que por ſua fée emprenderam, & ſoſtinham eſta demanda, porque por huma ſua permiſſam piadoza arribaram ha eſte porto, tambem na paragem de Setuvel trinta e ſeis naos de

1217 huma cidade que dizem Trageyto, com gentes chriſtãos, nobres, e de boom eſſorço que hiam àquella conquiſta dultramaar, que diſſe, hos quaes em ſuas bandeyras traziam ſinaes de S. Martinho, porque ha jurdiçam daquella terra donde vinham era do biſpo daquella cidade; da frota era capitam móor dom Anrique de Nehuſa, ho qual leyxando ſuas naos com aquella ſegurança, e reſguardo de gente que compria, elle com a outra em bateis, e navios piquenos ſe foy aho arrayal de Alcacere, onde dos chriſtãos foram com muita alegria de grandes louvores recebidos, e todos loguo acordaram de valar ho arrayal em torno com valos altos, e fortes para reſiſtenzia dos reys Mouros, que vinham, e aqui ſe diz, que alguns eſtrangeyros da primeyra frota aconſelhavam, e requeriam ahos outros da ſua companhia, que ſe partiſtem em paz, e nom eſperaſſem ho periguo da batalha, eſcuzando ſua covardice torpe, com dizerem, que quando de ſuas terras partiram ſeu vota, e propoſito nom foy pelejar ſe nom com aquelles infieis, que tinham tomada ha tarra de Jeruſalem, e ho Santo Sepulchro, e que alguns Portuguezes, em que nom avia verdadeyra Fée, nem bondade de coraçam concordavam com elles, dando por voto covarde, que era bem de deſcerquar ho Luguar, e leyxalo ſem contenda, e poſto que deſtes ouveſſe alguns com ſuas moſtranças de tam vituperada fraqueza, avia porém outros muitos cuja ſanta, e virtuoſa contraridade eſſorçou, com que determinaram nom deſcerquar ho caſtello, e confiando em Deos eſperar ha ventura, que lhes vieſſe, pelo qual fizeram loguo ſeu alardo, e de gente de pée bem armada, e bem diſpoſta para pelejar, ſe diz, que acharam comſiguo muita, mas gente de cavallo ſe affirma, que eſcaſſamente refizeram trezentos.

E hos reys Mouros para comprimento do propoſito com que vierаõ, acordaraõ q̃ com ha mayor força, que nelles ouveſſe vieſſem loguo ferir no arrayal dos chriſtãos, e que tambem has ſuas gualés, que tinham jáa tomada huma nao de Portugual, com duzentos homens, e jazia na entrada do porto de Setuvel, juntamente pozeſſem foguo à frota dos chriſtãos, que jazia ſobre amarra, mas hos chriſtãos receoſos deſte dano, e avizados jàa para eſto, pozeram tal guarda, e defençaõ na frota, que hos Mouros ho nom cometeram, e foy ſempre delles ſegura. E huma ſegunda feyra como foy manhãa ſayram do arrayal dos Mouros, ſinquo de cavallo

p. 14 corredores, e como cheguaram, e viram ho affento do arrayal dos chriftãos loguo volveram aho feu, e fobre efto abalou todo junto o feu exercito em que avia tantas gentes, que toda ha terra cobriam trazendo comfiguo tam grande eftrondo de alaridos, e gritas, e com tantos fons de trombetas, e outros defvayrados inftromentos, que ha qualquer coraçam por abaftado de efforço, que fora nom leyxara de tocar de grande medo, e muito efpãto, pelo qual hos chriftãos avendo o affi por milhor, fayram ha elles de fuas eftancias, poftos em fuas batalhas ordenadas, e com muita ardideza huns ahos outros loguo fe cometeram, e feriram, em que da huma parte, e da outra ouve cruel, e bem ferida peleja com mortes, e feridas de muitos, e daquella vez fe diz, que hos Mouros levaram ha vantagem da batalha, com aqual fe recolheram em feu arrayal. 1217

Cap. VII.

Da fegunda batalha, que ouve fobre Alcacere, e como hos reys Mouros foram vencidos, e feyto grande eftraguo em fuas gentes.

Hos chriftãos vendo para ho fim que vieram hum começo tam contrayro, e que ha força Dalcacere fazia cada vez mais forte, e ha elles tirava toda efperança de por força ho cobrar, nom leyxavam de murmurar, e apontar que feria bom iremfe, e por aquella vez leyxar ho cerquo, e ho bifpo de Lifboa, que na gente dos chriftãos era peffoa de móor credito, e mais principal, fentindo na noyte feguinte ha temerofa, e fraca murmaraçam que em todo ho feu arrayal avia, elle em prezença dos mais, que por entam fe proderam ajuntar lhes dize: « Honrades fenhores, e amiguos, efta de faventura, e « grande mal de que todos eftaes efpantados nom veo fobre « vós das forças, nem das armas dos noffos imiguos, mas cau- « zoufe da grande prefunçam, e muita confiança que de vòs « mefmos, e de voffas forças, e multidam de gentes loguo « tomaftes, efquecidos em todo, da fóo, e principal ajuda de « Noffo Senhor, e Salvador Iefu Chrifto, que fe nòs aguora « aqui faleceo foy para ho milhor conhecermos mas pois jàa « aqui viemos, e fomos muy fortes para armas, e temos gentes, « e eftamos baftecidos de mantimentos, nom queyraes defcon- « fiar, porque efta averfidade ha potencia de Deos ha permite

1217 « para crara eſperiencia de mayor noſſa Fèe, e mais mere-
« cimento de noſſas almas, mas brademos, e clamemos de cora-
« çaõ aho Senhor Deos, e com efficacia, e de vaçaõ, que noſſas
« neceſſidades requerem lhe peſſamos que eſta ſua ira, ſe con-
« tra nos, por noſſos peccados ha tem, ha queyra converter
« em noſſos imiguos, e cada hum com hos giolhos em terra
« digua por ſy como en diguo por mim, Senhor Deos padre das p. 15
« miſericordias, e grande ajudador nas tribulações ex as
« muitas nações de tantos infieis vieram para nos deſtrohir,
« pois como duraremos ante ha face delles ſe nos tu Deos
« nom ejudas, e pois aſſi he Senhor aguora nom ponham
« ante ty ha lembrança de noſſos malles, e peccados, nẽ tomes
« de nós aqui vingança por elles ante eſtes imiguos de tua
« Santa Fèe, tu por tua bondade, e potencia hos dà nas mãos,
« e poder de teus ſervos, por tal, que hos que em ty crem
« louvem mais o ten ſanta nome! »

No cabo da qual oraçaõ, que todos devotamente, e com muitas lagrimas ho ſeguiram, ſe diz que por conſolaçam dos chriſtãos loguo appareceo pubricamente no Ceo hum maravilhoſo ſinal por bemaventurado prognoſtiquo, ha ſaber, hum homem reſplandecẽte, como ſol, e alvo como huma neve, e no peyto trazia ho ſinal da cruz vermelha mais lucente que has eſtrellas, com que hos chriſtãos, que craramente ho viram foram muy alegres, e eſforçados crendo que Deos era em ſua ajuda, e com eſte prazer, e alegria, que géralmente todos conceberam, jáa com ſeu temor dormiram aſſoceguados aquella noyte, e aho autro dia coma foy manhãa ho biſpo, como era homem em que avia prudencia, e bom eſforco para ſe nom eſfriar ho alvoroço, que ſentio nos chriſtãos com a longura dalgum tempo falon loguo às gentes do exercito que ho podiam ouvir dizendo : « Senhores amiguos bem viſtes todos ho
« grande, e maravilhoſo ſinal que para nom temermos, e
« ſermos eſforçados Deos noſſo Senhor tam pubriquamente
« nos quiz moſtrar, e por eſſo jáa ſeria muita noſſa fraqueza, e
« grãde minguoa de noſſa Fée tardarmos mais para ha ſegunda
« batalha, mas com ho eſforço de Deos, que temos preſente, e
Sept. 11 « com ajuda, e preces dos Santos Martyres Proto, e Jacinto,
« cujo dia hoje hee, vamos loguo ferir nos imiguos, ca pelo
« melhoramento da vitoria, que contra nòs ouveram, aguora
« hos acharemos mais repouzados, e menos percebĩdos. »

Pelo qual hos chriſtãos poſtos em ſuas batalhas bem con-

certadas, com grande oufadia, e fem final dalgum medo 1217
fayram, e foram darno arrayal dos Mouros, e affi duramente hos cometeram, e tam cruamente hos feriram, e foram tam cortados de medo, que parecia nom terem armas para pelejar nem forças para refiftir, e defacordados fe diz, que elles mefmos huns ahos outros fe feriam, e matavam, e fe efpedaçavam com hos pées dos cavallos, e que outros com medo da morte duvidofa ha tomavam certe no rio, que era junto em que fe lançavam, e afagavaõ, e vendofe hos reys Mouros, e fuas gentes affi falteados, e vencidos nom tendo jáa alguma efperança em fua refiftencia, nem peleja, procuraram bufquar fua falvaçam nu fogida, em cujo alcance hos chriftãos
p. 16 matando, e ferindo feguiram, em que fe affirma que dos quoatro reys, que alli vieram, dous delles fem fe dizer quem eram, foram mortos, e com elles trinta mil Mouros mais, e com efto recolhendo ho muito, e muy riquo defpojo, que acharam no arrayal dos Mouros, hos chriftãos fe tornáraõ muy alégres ha feu cerquo, que tinham pofto fobre ha villa, dando todos muitas graças, e louvores aho Padre noffo Senhor, que de fua mam deu efta vitoria, que boy ha onze
dias de Setembro do fobre dito anno de mil duzentos e Sept. 11
dezafete annos, dia dos ditos martyres Proto, e Jacinto, háa certidam da qual vitoria, como foy dada ahos infieis, que para efte defcerquo eram em fua frota poftos no maar elles defacordados, e triftes fe partiram, onde fe diz que fe perderam alguma parte de feus navios, e de fuas gentes affãas nelles.

Cap. VIII.

Como hos chriftaos combateram, e tomaram ho caftello Dalcacere.

Hos chriftãos pot efta vitoria fiquaram alegres, e muy efforçados, depois de confultarem fobre a milhor maneyra, que teriam para tomar ha villa, fizeram duas efcadas grandes, e com gente darmas que comprio foram loguo juntas aho muro para ho entrarem, e comeffarem de combater ho caftello; mas hos Mouros com a neceffidade que tinham de falvar fuas vidas, dobraram fuas forças, pelo qual affi com foguo, com pedras, e traves, e fetas, que de fima do muro lançaram, afaftaraõ hos chriftãos longe do muro, em que da huma parte, e da outra foram muitos mortos, e feridos, e

1217 porque hos chriſtãos viram que aquella qualidade de com-
bate por ha grande fortaleza, e deſpoſiçam dos muros lhe
nom ſocedia como dezejavam, fizeram loguo cavas, e minas
por bayxa da terra para has poerem debayxo dos muros, e
poſtos em contos hos derribarem por foguo, mas hos Mouros
que deſto por avizos, ou por conjeyturas foram bem ſape-
dores contraminaram has cavas dos chriſtãos, e huns, e
outros com peleja muy crua ſe encontrarañ, em que ouve
muito ſangue derramado, e com grandes foguos, e couſas
fumoſas que hos Mouros fizeram, lançaram hos chriſtãos
fora das cavas, e pozeram ſobre ſy legura guarda, pelo qual
vendo hos chriſtãos que alguma couſa das comeridas de todo
lhes nom aproveytava, elles, por conſelho, e ordenança do
capitam da frota, que era homem engenhoſo, e de bom
esforço, fizerañ loguo duas baſtidas de madeyra muito fortes,
e tam altas que cada huma dellas ſobejava por ſima das mais
altas torres do caſtello, donde hos combates que nellas poſ- p. 17
eram hiam ſeguros, e nom temiam hos danos dos Mouros,
e com eſto, e com outros engenhos, que mais ordenaram, e
com muitos bêſteyros, e frecheyros cõmetteram ho caſtello
rijamente por muitos lanços do muro, por ſima do qual hos
Mouros com ha força das ſetas, e pedras que lhe lançavam,
nom ouzavam parecer, nem reſiſtir como dantes faziam, e
vendo ſe fraquos de ſuas forças, e deſeſperados jáa em tudo,
de todo ho ſocorro, e finalmente porque ſe nom podiam
ſoſter, fizeram ſinal que ſe queriam render, e ſobre ſeguro,
que lhes foy dado, vieram à pratica, e apontamento, em que
pediram has vidas, e fazendas, mas has vidas ſóomente lhe
foram outorguadas com ſegurança das quaes elles abriram has
portas do caſtello, e aſſi ſeguros ſe ſahiram, e foram para
onde quizeram, e ho alcayde do caſtello, que antre elles
era ha peſſoa mais principal, nom ſe quis hir com hos outros,
mas acha-ſe que da tomada da villa, ha tres dias por ſua von-
tade foy bautizado, e tornado chriſtão, e hos outros Mouros,
que hos chriſtãos acharam pelas Aldeas, e Luguares de redor
todos, ſe diz que ſem reſiſtencia morreram ha ferro, e hos
grandes deſpojos, que da batalha paſſada ſe recolheram, e na
villa ſe acharañ forañ loguo igualmente repartidos ſem aven-
tagem dalgum, ſalvo que aho capitam de fóra, porque por
ſeu concelho, e ordenança ho cerque fora ſempre regido lhe
derañ mais dez por prezioneyros que elle tomára.

E porque aho bifpo de Lifboa nom foy fobre elles dada alguma avantagem, q̃ bem merceia, ho capitam da frota ha que tal efcaffeza nom pareceo bem, por feu conforto, lhe dice: « Reverendo bifpo, pofto que vos aqui pelo bem recebeis « mal, e pela bondade malicia roguovos que ha eftes homens, « que tam mal ho conhecem, e fazem fejais paciente, porque « ho principal gualardaõ que por efte trabalho mereceis Deos « noffo Senhor, que hee boom, e jufto e porque bem ho » recebeftes volo darâ boom no ceo, e ferà melbor que efte « de coufas da terra. » E com efto hos eftrangeyros fe recolheram ha fuas frotas, e fe partiram para onde quizeram, e ho bifpo com hos fenhores Portuguezes, que aho cerquo vieram depois de leyxarem ha villa afotalezada, e baftecida, como viram que compria, tam bem, fe tornaram para fuas terras, e cazas, e efta tomada de Alcacere em tempo defte rey dom Affonfo II foy em dia de S. Lucas, ha dezoyto do mez de Outubro da era de noffo Senhor de mil duzentos e dezafete, annos e dahy ha hum anno efte rey dom Affonfo com ha rainha dona Oraqua fua molher lhe deu foral que aguora tem, como por elle parece.

1217 — Octob. 18

157. Christovao Rodrigues Acenheiro,

Chronicos dos fenhores reis de Portugal (— 1536).

[Correa de Serra, *Collecção de ineditos de hiftoria Portugueza*, Lifboa, 1824, in-4, V.]

*

p. 62-65 Cap. X.

De terceiro rei de Portugal dom Affonfo, fegudo do nome, filho defte rei dom Samcho, e do que fez em feu tempo.

[*Sequitur Ruy de Pina, fupra pp.* 215-225.]

158. Duardus Nonius Leo,

De vera regum Portugaliæ genealogia (— 1583).

[Schott, *Hifpania illuftrata*, III.]

*

p. 1258 Tempore huius Alfonfi anno MCCXVII cum civitati 1217
Olifiponenfi multarum navium claffis applicuiffet, pelagi

1217 tempeſtatibus acta, que ex Hollandia, Phriſia & Gallia Belgica ſolveret in Syriam ad ſacrum bellum, Mattheus epiſcopus Oliſiponenſis vir pius & impiger, claſſis prefectus, quos benigne excepit, hortatus eſt, dum moram in reparanda claſſe faciebant, Salaciam populi Romani olim Coloniam, nunc vulgo Alcaſſerem ſalis dicte, ad quam eſtuario duci poterant, e Saracenorum poteſtate liberarent. Se cum Luſitanicis militibus & commeatu affuturum. Aſſentiuntur illi, & cum viginti militum millibus, quos ex Oliſipone & Ebora collegit, Gallis iuvantibus, oppidum obſidet & expugnat.



VI

TESTIMONIA

E CHRONICIS IN HUNGARIA ET DALMATIA

SCRIPTIS

EXCERPTA



VI

TESTIMONIA

E CHRONICIS IN HUNGARIA ET DALMATIA

SCRIPTIS

EXCERPTA

* * *

159. THOMAS SPALATENSIS († 1268),

Hiſtoria Salonitana.

[Schwandtner, *SS. RR. Hungaricarum*, III.]

*

CAP. XXVI.

p. 573 *De paſſagio Andree regis filij Belai, tertij regis Ungarie.* 1217

Per idem tempus Andreas rex Ungarie votum patris exequi cupiens, crucis ſuſcepto ſignaculo, ad auxilium Terre Sanƈte iter arripuit profeƈturus. Miſit ergo, & conduxit naves magnas a Venetiis, ab Ancona, & Iadra, & ab aliis civitatibus Adriatici ſinus, fecitque omnes applicare ad portum Spalatine civitatis. Premiſit autem omnem apparatum armorum & eſcarum in multitudine curruum, & iumentorum, qui venientes repleverunt omnia per circuitum civitatis. Preceſſit autem regem, & Ungaros ingens Saxonum multitudo, qui omnes pacifici, & manſueti erant cum devotione, ac deſiderio navigationem regiam preſtolantes; omnes enim cruce ſignati erant: ad petitionem vero regis dederunt Spalatenſes

1217 totum suburbium ad hospitium peregrinorum, exeuntes enim de domibus illis expeditas hospitibus dimiserunt. Mox autem ita confestim replete sunt hominibus, & iumentis, ut non pateret aditus transeundi. Sed non eos suburbane domus capere potuerunt, licet constricti, & constipati manerent: plurima vero pars totius comitatus regalis curie morabatur extra in tentoriis per campum diffusa. Cives vero alij pavebant, alij mirabantur inconsuetam multitudinis frequentiam intuentes. Ita-
Aug. 23 que anno redemptionis nostre MCCXVII, mens. Aug. xxiij. die, advenit Andreas rex ad civitatem Spalatensem. Exierunt autem processionaliter obviam domino regi universi cives, omnesque forenses, totaque turba sui exercitus laudes ei altis vocibus concrepantes. Deinde clerus omnis holosericis super comptas induti vestibus cum crucibus, & thuribulis procedentes usque posturium, prout regie magnificentie dignum erat pariter concinebant. Ipse vero illustris rex, viso processionis cetu solemni, statim descendit de equo, magnaque suorum principum vallatus caterva, tenentibus eum hinc inde episcopis, qui convenerant, pedes usque ad ecclesiam S. Domnij processit. Ubi celebrato missarum officio, & data oblatione super altare ad hospitium secessit. Ea die communitas exhibuit regi affluentissimam procurationem in domo, que dicitur Mata extra muros Aquilonaris porte. Dicebatur autem tunc fuisse in comitatu regio plusquam decem millia equitum, excepta vulgari multitudine, que pene innumerabilis p. 574
erat. Tunc rex cepit magnam benignitatem erga Spalat. cives ostendere, ita ut ipse ultra provocaret eos ad petendum a se, quod eis ad publicum cederet commodum, velle quippe regis erat, ut ad munimen civitatis sue reciperent castrum Clisse, volebat nihilominus eis concedere comitatum insularum. Sed Spalatenses suo more ad publica nimis tardi, ad privata commoda singuli intendebant. Neglectis siquidem regalibus beneficiis, que eis pie, & liberaliter concedebat rex proprio clementie sue provocatus affectu noluit castrum illud committere alicui de proceribus; sciens quia multa infestatio Spalatensibus ex illo castro procedat, sed accersito quodam Pontio, qui erat magister militie domus templi per regnum Ungarie, commisit ad manus eius custodiam, & tutelam ipsius castri precipiens, ut vicissim fratres sue religionis ibidem faceret insidere. Cum autem Andreas rex aliquantam moram faceret, preparando navigium Bernardus archiepis-

copus mortis debitum solvit, sepultus vero est iuxta eccle- 1217
siam S. Domnij. Protinus autem rex misit ad canonicos Spalatenses rogans, & consulens, ut eligerent de clericis, qui circa ipsum erant, maxime quidam instabat pro quodam Alexandro physico, qui erat vir litteratus & honestus, per quem ecclesie poterant multa commoda provenire. Sed non fuit petitio regis admissa, quoniam aliorsum tendebat intentio seniorum. Interea rex naves ingressus dispositum arripuit iter. Spalatenses vero dederunt ei usque Dirrachium duarum galearum conductum: non potuit rex tantum habere navigium, quod sufficeret ad passagium omnibus cruce signatis, quamobrem necessitate compulsi alij redierunt ad propria, alij vero expectaverunt usque ad annum sequentem. Eodem tempore Stephanus dominus Servie, sive Rascie, qui Mega Iuppanus appellabatur, missis apocrisariis ad Romanam sedem impetravit ab Honorio summo pontifice coronam regiam; direxit namque legatum a latere suo, qui veniens coronavit eum primumque constituit regem terre sue. At rex Andreas ad partes Syrie transvectus magnum metum incusserat Saracenis, explicatis siquidem sue militie copiis abiit satis procul a regione maritima expugnans castra, & villas, & obstantia queque conculcans. Sed invida fatorum series preclara principis prepedivit incepta, nec bonos ipsius successus permisit ulterius progredi Lucanus:

Invida fatorum series summisque negatum
Stare diu . . . . .

Ecce etenim nescio an suorum an extraneorum nefaria temeritas regis machinatur in mortem, impiaque manus diabolicis armata versutiis venenatum ei haustum propinat. Ex quo scelere vix mortis potuit periculum evitare. Nec dum vero sanitate ad integrum recuperata redeundi cepit habere propositum, verens, se suumque regnum in tantum precipitare discrimen, credensque de suo voto pleniter Domino satisfactum, incipit cum omni comitatu suo ad patrie regredi fines. Noluit autem ulterius marinis se committere casibus, sed per terram iter faciens, venit Antiochiam, deinde transivit in Greciam, ubi affinitate contracta cum Lascaro rege Grecorum, ultra progreditur, accepit enim filiam eius filio suo primogenito Bele in uxorem, exinde peragratis Grecie finibus, ascendit in Bulgariam, ubi ab Oxano, Bulgarorum

1218 rege, detentus est, nec ante abire permissus, quam plenam ei securitatem faceret, qui ei suam filiam matrimonio copularet. Sic autem Andreas rex peregrinationis sue completo itinere ad sua regna reversus est. Nos vero his breviter prelibatis ad materiam redeamus. p. 575

160. *Chronicon Hungarorum Posoniense* (— c. 1280).

[Ed. Fr. Toldy, Budæ, 1852, in-4, l. II, c. 2, n° 36.]

*

Post hoc rex Endre Terram Sanctam visitavit ad mandatum Domini pape, implens votum patris sui. Mansit autem ibidem tribus mensibus. p. 36

161. Marcus,

Chronicon de gestis Hungarorum (— 1310).

[Ed. Fr. Toldy, Pestini, 1867, in-4.]

*

Andreas vadit Iherosolymam.

1217 Post hec rex Andreas Terram Sanctam visitavit ad mandatum Domini pape, quod mandatum acceperat, dum esset adhuc dux, sicut habetur de voto & voti redemptione extra: *Licet universis.* Quia ipse conplevit & redemit votum patris. Et ibi in Terra Sancta super exercitum christianorum contra soldanum Babylonie capitaneus & dux preficitur & mox victor efficitur gloriosus. Mansit autem tribus mensibus. Regali denique thezauro exposito, diversorum sanctorum per ipsum reliquie conparantur: caput videlicet sancti Protomartyris Stephani & caput beate Margarete virginis & martyris dextra beati Thome apostoli & sancti Bartholomei, item de virga Aaron & una de sex idriis illis, in quibus Christus mutavit aquam in vinum & alie multe, quas potuit tunc congregare. Reversusque in Hungariam cum pretiosis thezauris sanctorum, regnum autem reinvenit in prospero statu, non p. 78

tamen hoc ſuis meritis, ſed ſanctorum, quorum reliquias afferebat, aſcribi voluit. In occurſum ergo regis Benedictus, filius Ega, cancellarius regine, omnes prelatos eccleſie compellebat. Modo autem illas reliquias ſanctas, ſpecialiter ille eccleſie habent, quorum prelati regi venienti obviam occurrerunt.

162. *Chronicon Budenſe* (— 1473).

[Ed. Joſ. Podhradczky, Budæ, 1838, in-8.]

*

[*Sequitur Marci* Chronicon, *pp.* 194-195.]

163. Iohannes de Thwrocz,

Illuſtriſſima Hungariæ regum chronica (c. 1480).

[Schwandtner, *SS. RR. Hung.*, I, 149.]

*

[*Sequitur Marci* Chronicon.]

164. Antonius Bonfinius,

Rerum Hungaricarum decades, dec. II, lib. 7.

[Baſileæ, 1543, in-f., pp. 277-283.]

*

[*Sequitur Flavium Blondum, dec. II, l.* 7, *& Iohannem de Thwrocz.*



VII

TESTIMONIA

E CHRONICIS IN ITALIA SCRIPTIS

EXCERPTA



VII

TESTIMONIA

E CHRONICIS IN ITALIA SCRIPTIS

EXCERPTA

* * *

165. *Annales Ceccanenses* (— 1217).

[Pertz, *Monum. Germ.*, *SS.*, XIX.]

*

p. 302 Hoc anno tanta multitudo christianorum coadunata est in Hierosolymitanis partibus in campo super Acre, quod volentes numerare, numerati sunt ultra viginti milia equitantes, alia turba non poterat pre multitudine numerari; per bonam estimationem dictum fuit, quod plus quam cc. milia peditum erant. Peccatis exigentibus in hoc populo christiano tanta inopia panis advenit, quod unus parvus panis vendebatur xij. denariis. De communi igitur consilio domni patriarche & aliorum, qui preerant populo, preceptum est omnibus pauperibus, ut redirent ad propria. Solum in mense Settembrio tot & tanti fuerunt, quod naves eos reducentes fuerunt lxvj. Per bonam estimationem communiter dicebatur ab omnibus, quod corpora mortuorum cruce signatorum in eundo & redeundo supra centum milia fuere inventa; ab aliis permanentibus in illa Sancta Terra non tantum honoris vel auctoritatis factum est, quod valeret obolum. 1217 Septemb.

166. Gilbertus,

Chronicon pontificum & imperatorum Romanorum (— 1221).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XXIV.]

*

1220 Istius (Honorij) tempore christiani Damiatam ceperunt, p. 136
set Sarraceni eam postea recuperaverunt.

167. Ogerius Panis & Marchisius Scriba,

Annales Genuenses (— 1223).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XVIII.]

*

1218 Die sabbati sancta, videlicet xiv. die Aprilis, de voluntate p. 139
Apr. 14 & beneplacito tocius consilij & participum navium misit potestas predicta nuntios suos Wilielmum Embriacum Nigrum videlicet & Laufranchum Rubeum ad comitem de Niver & ad comitem de Marchis & alios baronos de Frantia & de ultra montes, qui transsitum ad succursum Sancte Terre de civitate Ianue habere volebant; & convenerunt cum ipsis
Aug. 1 ad eorum beneplacitum; & venerunt ad kalend. Augusti, secundum quod cum eis convenerant; & in nomine Domini iter arripuerunt de portu Ianue circa exitum predicti mensis Augusti.

Aug. 21 Vicesimo primo die Augusti Petrus de Castello Ianuam aplicuit de exercitu Damiate rediens & talia retulit nova secundum quod in litteris regis Iohannis, patriarche, ducis Austrie, archiepiscopi Nicosie, episcopi Acconensis, magistri Hospitalis, magistri Templi, magistri Hospitalis Theutonicorum & episcopi de Belleem.

[*Sequitur epistola, quæ exstat apud Böhmer*, Act. imper. select. II, *pp.* 642-643, *& in* Epistolario V Belli sacri *edetur*.]

Octob. 9 Mense vero Octobris in festo sancti Dionisij apud Damia- p. 140
tam prelium commissum fuit inter christianos & soldanum

Egypti; & per Dei misericordiam christiani optinuerunt, & multi de Sarracenis in fatie gladij mortui sunt. Tercia die ante festum sancti Martini aliud prelium commiserunt, & sine [numero] mortui fuerunt. 1218 Nov. 8

p. 141 Quippe ipso anno comunitas Ianue decem galeas armavit, quas ad succursum christianorum in obsidione Damiate commorantium xxiij. die Iulij de Ianua destinavit, quibus & omnibus Ianuensibus qui erant in ipso exercitu nobiles cives Ianue Iohannem Rubeum de Volta & Petrum Aurie rectores & presides procreavit; qui usque mensem post conflictum quem festo decollationis beati Iohannis Baptiste exigentibus nostris peccatis passus fuit exercitus christianus, tam cum ipsis galeis quam cum altera illustris viri Alamani comitis Siracuse, & tribus galeis egregij viri Savarixij de Maloleone apud Damiatam incolumes aplicarunt, invenientes gentem & principes exercitus passo detrimento taliter expaventes, quod etiam erant in proposito ascendendi ligna, & si posset esse, ad propria remeandi. Set benedictus Deus in tantum fuerunt adventu ipsorum & presentia confortati, quod qui erant in procinctu eundi, & multi qui iam naves ascenderant, vigorem sumpserunt & animum remanendi. Octavo vero die post applicationem ipsorum soldanus Damaschi, coadunata multitudine Sarracenorum, ad castra christianorum accessit, & tribus diebus continue ibidem christianos fortiter debellavit; set per gratiam Dei tantam lesionem tollerarunt, quod tam ab obsidione ipsorum quam de ipsis partibus recesserunt. 1219 Iul. 23 Aug. 29

p. 149 In hoc siquidem anno Sarraceni de Egypto cum galeis xxxvij. de Raxedi flumine exierunt, que dampna quam plurima, incendia, cedes & offensiones christiano nomini intulerunt. Ceperunt igitur naves & personas quam plures christianorum, quas Egyptiaco carceri retruserunt. Ad quas insequendas dominus Fredericus Romanorum imperator galeas xl. direxit, quarum gubernationi Enricum strenuum comitem Malte constituit. Applicantibus autem ipsis ad partes Egypti, audiens ipse comes, quod galee intra iam dictum fluvium fuerant regresse, ad civitatem Damiate festinus accessit. Exercitus autem christianorum ab ipsa civitate omine malo indiscrete secessus, equitaverat super Sarracenos. Cumque prefatus comes post ipsum tendere viriliter festinaret, contigit, peccatis nostris exigentibus, quod soldanus Egypti presciens adventum exercitus, quadam nocte equitavit, & eo castra 1221

1221 metato infra civitatem Damiate exercitum chriſtianorum, fodendo per totam noctem de flumine Nyli rivum atque deduxit, per quem chriſtianos ibi quaſi in inſula alligavit, ſic quod procedere nec ad civitatem Damiate redire minime potuerunt. Habuit ſiquidem galeas infra fluvium preparatas, que omnibus lignis euntibus ad exercitum & ab exercitu redeuntibus impedimentum preſtabant. Unde chriſtiani ignari de adventu comitis, exiſtimantes ſe non poſſe habere ullum ſuccurſum, ſet potius ibi fame & neceſſitate perire, demum cum dolore & triſtitia pepigerunt, & interveniente vinculo iuramenti firmarunt, ſalvis eorum perſonis & rebus, & redditis ab utraque parte captivis, civitatem Damiate reddere Sarracenis. Hiis igitur peractis pro dolor facta eſt reſtitutio illius civitatis ad dedecus & ignominiam nominis chriſtiani, niſi divina clementia providebit: que tanto labore tantaque ſanguinis effuſione a paganorum ſpurcitiis fuerat liberata. De cuius amiſſione, ſicut premeditari poteſt, divino miraculo
1222 tellus triſtis effecta, in inſula Cipri contremuit, & mare littora conſueta deſtituens, infra pelagus quam plurimum deficcavit; de quorum motu Baffa & Limiſſo penitus ſunt ſubmerſe.

168. Tolosanus Faventinus († 1226),

Chronicon.

[*Documenti di ſtoria italiana*, t. VI (Firenze, 1876, in-4).]

*

Cap. CLIX.

De obſidione civitatis Damiate, & de prelio ibi commiſſo.

1218 Anno a nativitate Domini MCCXVIII, cum infinitus chriſtianorum numerus eſſet apud civitatem Acri, dimiſſa multitu- p. 703
dine ibi ad civitatem cuſtodiendam, ceteri vero, de voluntate & conſilio Venetum, Aconitanorum, Piſanorum, Genuenſium, Maxilienſium, atque omnium civitatum ſeu locorum, qui noverunt naves deducere, aura flante ſecunda, navigaverunt uſque ad flumen magnum Euphratem, quod diſtat a
Ierufalem xij. magnis dietis; ibi civitatem Damiatam obſede- p. 704

runt ditissimam & nobilissimam Saracenorum. Audientes vero 1218
Saraceni, qui sunt in parte occidentali, illis succurrere festinarunt pro posse. Exercitum siquidem christianorum civitatem obsidentium obsederunt & ipsi, omnibus Egyptiis eis forum pro viribus & adiutorium prebentibus. Circa igitur kalendas Februarij, turrem magnam & altam super portum c. Febr. 1
civitatis nostri, signo Sancte Crucis intus & foris signati, ceperunt milites; gladio & igne, & edificiis lignorum cadentibus utrinque peremptis, super dictum flumen pontem navium edificantes. Altero vero anno, scilicet MCCXVIIII, in 1219
mense Augusti, in decollatione sancti Iohannis Baptiste, Aug. 29
christianorum exercitus, invito rege Iohanne Hierosolymitano, exeuntes obviam Saracenis, aggressi sunt eos longe a castris per milliaria tria. In quo prelio periere infinita millia populorum & maxime christianorum. Hi siquidem principes semper in obsidione Damiate interfuerunt; scilicet, dominus Pelagius, apostolice sedis legatus dignissimus, & dominus patriarcha Hierosolimitanus, & dominus Iohannes de Brenda, rex Hierosolymitanus, animo & actibus alter tempore gratie Machabeus, & dux Austrie, & dominus Iacobus nobilissimus comes Romanus, & alij, quorum nomina ignoramus. Eo namque tempore, venit ad exercitum Saracenorum paganus quidam de parte orientali, qui a provincialibus dicebatur esse de stirpe gigantea, quod fidem dabat verbis, videlicet proceritas stature & virium magnitudo. Cum enim expugnabat nostros, non utebatur clypeo aut lancea, sed triplici thorace indutus, utraque manu clava ferrea & terribili sibi resistentes percutiebat. Cui rex Iohannes, divina adiutus gratia, exiens obviam, ipsum a fronte usque ad umbilicum omnibus incidit videntibus.

Cap. CLX.

Anno Domini MCCXVIII die quinta intrante mense No- 1218
vembris, capta est Damiata a populo christiano, quorum Nov. 5
principes isti erant, scilicet dominus patriarcha Hierosolymitanus, dominus Iohannes, rex Hierosolymitanus, dominus P., cardinalis Albanensis, a quibus omnibus literas ad hunc modum recipimus.

[*Sequitur* Epistola principum, *quae exstat in Martene,* Ampl. collect., V, 1479, *&* *in* Epistolario V belli sacri *edetur.*]

Cap. CLXIV.

Quando caſtrum Theniſij fuit captum. p. 708

1219 Anno a Virginis partu MCCXVIIII, in menſe Novem-
Nov. bris, cum homines caſtri Theniſij, ſive Thoneos, nimium confiderent in foveis magnis & profundis, piſcibus plenis, & muris & turribus altiſſimis & ſcabroſis rupibus vidiſſent, quod civitas Damiate capta eſſet; eo relicto, & timore concuſſi maxime aufugerunt. Quod chriſtiani poſtea habuerunt.

. . . .

Cap. CLXIX.

Quando civitas Damiate amiſſa eſt. p. 711

1222 Anno Domini MCCXXII, dominus Pelagius, apoſtolice ſedis legatus, cum multis millibus chriſtianorum & maxime Alamanorum, Francorum, Romanorum, civitatem Damiate reliquerat, & in occurſum Saracenorum iter arripuerat, civitate Damiate optime relicta munita; & cum iam ſeparati eſſent a civitate predicta, fere per milliaria lx, ſubito flumen quoddam vocatum Euphrates voluntate divina a montanis partibus, ſicut eius conſuetudo eſt provinciam illam ſemel in anno irrigare, inundavit; in quo fluvio multa millia chriſtianorum & maxime Romanorum fame, aquis & gladio perierunt. At ubi Saraceni, videntes, quod chriſtiani ſuis ſuccurſum prebere nequirent, & retro non poſſent reverti, quod ſine lacrimis vix dicere quimus, recepta eſt ab Saracenis civitas Damiate & multa millia chriſtianorum utriuſque ſexus cum illa. Illos vero, qui ad tuitionem liciarum & civitatis erant, ſimiliter & eos, qui in caſtro Thaneos aderant, in manus Saracenorum tradentes, ipſi domino Pelagio omnem culpam impenderunt.

169. *Chronicon Placentinum* (— 1235).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XVIII.]

*

1218. Ad notitiam ac memoriam chriſtianorum omnium perveniſſe p. 437
nullatenus dubitamus ſed liquidum pariter & manifeſtum omnibus indu- *Geſta obſ.*, p. 7

bitanter putamus, qualiter gens tranfmarina pro animarum eorum redemp- 1218
tione pro Terra Sancta ultramarina a manibus Sancte Crucis inimicorum liberare defendere ac manu tenere, multis periculis variifque laboribus funt aftricti plurimumque fatigati. Cumque in prefentia horum rex Ierofolimitanus, vir egregius, magne fidei & difcretionis, providus & difcretus, atque urbis Romane cardinalis eximie nobilitatis & prudentie, cum aliis viris nobilibus & potentibus atque cum omni exercitu chriftianorum, qui in auxilio Sancte Terre proficifcebatur, in obfidione Damiate per duos annos & quatuor menfes ftetiffent, auxilio Domni noftri Iefu Chrifti
in millefimo ducentefimo decimo nono de menfe Novembrio 1219
in fefto beati Leonardi dictam civitatem ceperunt, & ipfam Nov. 5
& centum homines qui in ea aderant civitate, cum omnibus diviciis & rebus habuerunt.

170. Ricardus de S. Germano,

Chronicon (— 1243).

[Pertz, *Mon. German.*, *SS.*, XIX.]

*

p. 339 Hoc anno navalis Frifonum exercitus Gaietam veniens, 1218
Hierofolymam vadit in fubfidium Terre Sancte. Ianuenfium quoque, Venetum, Pifanorum, & aliorum de diverfis mundi partibus fignatorum apud Accon multitudo convenit. Qui cum rege, patriarcha Hierofolymitano, magiftris domuum Hofpitalis, & templi confilium ineuntes, cum Hierufalem propter aquarum defectum commode adire non poffent, verfus Damiatam Sarracenorum civitatem nobilem, & munitam fuarum navium carbafa direxerunt, quo profpere applicantes, eo favente, qui mari, & ventis imperat, cum fluvius ingens, & turris in eo precelfa conftructa tranfitum ad civitatem penitus prohiberent, coacti funt fua figere tentoria circa litus. Quod illi de Damiata videntes, fuos mox nuncios dirigunt ad Soldanum, per quos fe a chriftianis obfeffos fignificant, & petunt, ut fuum ad eos veniat in fuccurfum. Qui ftatim, collectis undique viribus, Damiatam fe contulit fine mora, quam viris munivit, & viribus, necnon & turrim predictam, & ne chriftiani poffent in partem alteram navigio tranfmeare, fecus annis ripam acies baliftariorum, & arca-

1218 riorum innumeras ordinavit. Tunc chriſtiani de regis & alio-
rum conſilio & conſenſu, qui preerant exercitui, ut liberior
eis pateret ad civitatem acceſſus, expugnare turrem primitus
previderunt, & pretio a Friſonibus, una conducta cochone,
quam propter ignem, quem illi qui erant in turri ſepius iacie-
bant, coriis morticinis & aliis neceſſariis undique munierunt,
viros audaces & bellicoſos, qui per ſcalam ligneam ſatis arti-
ficioſe compoſitam deberent conſcendere turrem ipſam, ordi-
naverunt & poſuerunt in ea. Quam cum per fluvium duce-
rent aliquo non obſtante, hinc Sarracenis hinc chriſtianis alta
voce clamantibus ſeque viciſſim ferientibus iaculis & ſagittis,
volentes, qui erant in cochone ſcalam in turris ponere ſum-
mitate, & per illam conſcendere, prout fuerat ordinatum,
dum niterentur in aſcendendo viri cordati alter alterum pre-
venire, mox in partes ſcala confracta, loricati milites, proh
dolor! ceciderunt, quorum haud dubium eſt in celum anime
avolarunt. Et noſtri tunc imperfecto negotio triſtes ſunt,
letantibus e contrario Sarracenis, ad caſtra reverſi; nec tamen
deſtiterunt a ceptis, quin immo ad capiendam turrem ipſam
vehementius animantur. Ad quam cum per aquas accederent,
navibus & ſcalarum ingeniis geminatis, & per terram darent,
ut poterant, frequentes inſultus, divina dextera faciente,
Aug. 24 menſe Auguſti in feſto beati Bartholomei apoſtoli, turrem
ipſam optinuerunt, & qui in ea inventi ſunt gladiis occubuere
noſtrorum, quibuſdam nobilioribus reſervatis ad vitam, quos
rex Iheroſolimitanus vinctos Accon dirigit in victorie ſignum.

1218 Pelagius Albanenſis epiſcopus a Brunduſio cum Iacobo, p. 339
comite Andrie, Romani exercitus principe in Syriam tranſ-
fretat. Et tunc nonnulli cruce ſignati de terra Sancti Bene-
dicti & aliarum partium a Gaieta navigio. Iheroſolimam
petunt; & proſpere pervenientes Accon, audito de captione
turris, vadunt ſine more periculo Damiatam.

1219 Chriſti exercitus fluvium tranſmeat Damiate, & poſita civitati obſi- p. 340
dione, cum ſoldanus fugiens metus cauſa relictis tentoriis in partem *Epiſt. princ.*
alteram ſeceſſerit, poſt ſtrages plurimas, poſt ſumptus multiplices, poſt (Martène, V,
Nov. 5 labores & damna innumera menſe Novembris in vigilia beati confeſſoris 1479.)
Leonardi, optinuit tandem faciente domino Damiatam, hoc ipſo Alba-
nenſi epiſcopo procurante. Civitas autem ipſa auro, lapidibus pretioſis,
pannis ſericis rebuſque opimis plena inventa eſt, de quibus ditatus Chriſti
exercitus eſt & Egyptij ſpoliati. De Sarracenis vero tanta facta eſt
ſtrages, quod chriſtianis ipſis diſplicuit. Tunc ſoldanus ipſe furore
accenſus, muros Terre Sancte Iheruſalem ſterni ad ſolum

fecit & a Sarracenis incolis deſeri, paucis in ea chriſticolis 1219
remanentibus. Interim chriſtiani civitatem Damiate tenent & poſſident, & ab omni ſpurcitia paganorum mundantes eandem, conſtruunt in ea eccleſias ad laudem & gloriam nominis Ieſu Chriſti. Soldanus vero animo viribuſque reſumptis, chriſtianos non ceſſat uſque ad aggeres cotidie impugnare, noſtris tamen ſe viriliter tuentibus & tenentibus contra illos.

p. 341 Hoc anno viceſima a perſonis eccleſiaſticis, a laycis vero 1221
decima pro ſubſidio Terre Sancte per totum regnum colligitur, & per Gualterium de Palearia regni cancellarium, & per Henricum de Malta comitem, marini ſtolij ammiratum, ipſam Damiatam tranſmittit, licet tunc temporis ammiſſa fuerit culpis exigentibus Damiata. Propter quod ipſe cancellarius iram imperatoris metuens, ſe Venetias contulit, & dictus comes redit in regnum, qui ab imperatore captus eſt, & terram quam tenebat, ammiſit, rex vero, patriarcha Iheroſolimitanus, Albanenſis epiſcopus, & ceteri qui in bello fuerant chriſtiani, ſub ſecuro ſoldani conductu ad Acconitanam redeunt civitatem.

Diro ſatis percuſſus vulnere,
Diro cogor ſingultu luere
Veh, lamentum & carmen dicere
Noſtre gentis de caſu miſere,
Que ſignata crucis ſignaculo
Crucis hoſti cedit allophilo;
Non ſit pugna enſe vel baculo,
Set premente famis periculo;
Quantus dolor, quanta calamitas,
O quis pudor, qualis anxietas,
Quod ſuccubuit chriſtianitas,
Inpiorum gaudet inpietas.
Ieſu bone, ſi fas eſt dicere,
Cur ſic placuit nos deicere;
Mori malo quam ultra vivere,
Vinci videns debentes vincere!
Quis in tanto dolore poſitus,
Sui diem non optet obitus?
Chriſti victus iacet exercitus;
Unde pudor, dolor & gemitus!
Quis non meret hoc infortunium?
Luctus ora concluſit omnium;
Roma, caput & mater urbium,
Omne tibi defecit gaudium.
Per te venit hec tribulatio,
Mundi plorat quam omnis natio;
Chriſtiane cedis occaſio
Tu fuiſti; ſis relevatio!
In te forma facta concilij
Cauſam dedit huius exilij.
Agar nobis inſultant filij,
Tui ſpernunt vires auxilij.
Damiata, que tot laboribus
Tot effuſis empta cruoribus,
Chriſtianis olim principibus,
Paruiſti, nunc pares hoſtibus!

1221 *De te fame ſonus exierat:*
Damiata non eſt que fuerat.
In te Chriſti fides floruerat,
Quam ancille nunc ſtirps de-
[decorat.
Hyſmahelite te detitulant,
Aras evertunt, templa violant;
Quod tibi tot penas accummu-
[lant,
Peccata noſtra ſunt que pul-
[lulant.
Ubi nunc decus eſt eccleſie,
Chriſtiane flos & militie?
Legatus, rex, & dux Bavarie
Victi cedunt viris perfidie.

O quam pravo ducti conſilio
Exierunt duces in prelio!
Damiata, tu das exilio,
Quos foviſti fere biennio,
Maledicta fatorum ſeries,
Qua fit tanti mali congeries.
Cunctos tangit iſta miſeries,
Cunctis datur flendi materies.
Mundus totus & mundi prin-
[cipes
Sunt doloris huius participes;
Tuam ergo cauſam ut vin-
[dices,
Te nos, Chriſte, precamur ſup-
[plices.

Igitur quod dicere nequeo non dolendo, per compoſitionem p. 342 reddita Damiata ſoldano liberati ſunt utrimque captivi & chriſtiani principes, qui contra ſoldanum inconſulte proceſſerant liberati.

171. Thomas de Celano (cc. 1245),

Vita ſ. Franciſci, l. I, c. 7.

[*Acta SS. Boll.*, Oct. II.]

*

1219 Nam decimo tertio anno converſionis ſue ad partes Syrie p. 699 pergens, cum quotidie bella inter chriſtianos & paganos fortia & dura inguerent, aſſumpto ſecum ſocio, conſpectibus Soldani Sarracenorum ſe non timuit preſentare. Sed quis enarrare ſufficiat, quanta illi animi virtute loquebatur, quanta facundia & fiducia legi chriſtiane inſultantibus reſpondebat? Nam primo, quam ad Soldanum accederet, captus a complicibus, contumelis affectus, attritus verberibus, non terretur, comminatis ſuppliciis, non veretur, morte intenta, non expaveſcit. Et quidem licet a multis ſatis hoſtili animo & mente adverſa exprobatus fuiſſet: tamen a Soldano honorifice plurimum eſt ſuſceptus. Honorabat eum, prout poterat, & oblatis muneribus multis ad divitias mundi animum eius

flectere conabatur. Sed cum vidisset, eum strenuissime omnia, 1219
velut stercora, contemnentem, admiratione maxima repletus est, quia virum omnibus dissimilem intuebatur. Permotus est verbis eius valde, & eum libentissime audiebat. In omnibus his Dominus desiderium ipsius non implevit, prerogativam illi reservans gratie singularis.

172. *Annales Siculi* (— 1252).

[Pertz, *Mon. Germ.*, *SS.*, XIX.]

*

p. 496 Anno Domini 1219 indicione septima quinto die intrante 1219
mense Novembris Damyata principalis civitas Amalech a Nov. 5
christianis fidelibus capta fuit, & christicolis dominio detinetur.

In eodem anno Damyata fuit perdita a christianis.

173. *Le croniche de Viterbo* (— 1255).

[Bœhmer, *Fontes rerum germanic.*, IV.]

*

p. 698 Anno Domini MCCXVII uno bono homo di Viterbo 1217
voleva andare ad Hierusalem oltra mare & hebbe in visione la nocte inanti, como dovesse cavare apresso el bagno de la grotta & che devia trovare un gran thesoro. La qual visione
p. 699 notifico alli consuli, e tutto el populo andaro con la croce inanti e con la processione e cavarno in quel loco & trovarno l'acqua calda assai virtuosa, alla quale pusero nome l'acqua della crociata.

Anno Domini MCCXVIIII, in quel anno li christiani 1219
pigliarno Damiata presso al Cairo di Babella.

174. *Appendix ad Gaufredi Malaterræ historiam Siculam* (— 1264).

[Muratori, *SS. RR. Italic.*, t. V, 604.]

*

[*Sequuntur* Annales Sicul., *supra p.* 247.]

175. Monachus Patavinus,

De rebus Inſubrium (— 1270).

[Muratori, *SS. RR. Italic.*, VIII.]

*

De obſidione Damiate.

1217 Anno Domini MCCXVII. In iſtis temporibus tranſivit mare chriſtianorum maxima multitudo, in ſubſidium Terre Sanćte: & habito prudentum conſilio, chriſtiani cum navibus infinitis in manu valida intraverunt Egyptum, & Damiatam munitiſſimam civitatem multo tempore viriliter obſederunt. p. 670

De collećtione exercitus Sarracenorum contra chriſtianos.

1218 Anno Domini 1218. Cum vidiſſet Soldanus Babylonis chriſtianos Damiatam inſtantiſſime obſidere: protinus reges Saracenorum de Syria & Arabia, & aliis provinciis in ſuum auxilium convocavit, & exercitus chriſtianorum cepit undique viriliter impugnare: excepto quod iter fluminis eis non poterat prohibere. Regebat autem tunc chriſtianos Ioannes rex Hieroſolymitanus, vir ſtrenuus & forma pre filiis hominum ſpecioſus, & magiſter Pelagius ſanćte Romane eccleſie cardinalis.

De vićtoria Damiate.

1219 Anno Domini 1219. Iſtis temporibus poſt longam, & laborioſam obſidionem exercitus chriſtianorum obtinuit Damiatam, que eſt in Egypto ſuper fluenta Nili, qui a Moſe Geon in Geneſi appellatur.

Qualiter amiſſa eſt Damiata.

1221 Anno Domini 1221. Cum exercitus chriſtianorum ad ſuperiores partes Egypti expugnandas tranſiſſet, inundatione Nili ſubito eſt circumfuſus. Cumque chriſtiani nec procedere poſſent, nec redire valerent, aquis, & exercitu Saracenorum

undique circumfepti, coacti funt pro redemptione fua reddere 1221
Damiatam: dimiffique a Saracenis, ad propria cum triftitia funt reverfi. Porro Egyptij letati funt de profectione eorum, quod timor eorum incubuerat fuper eos.

176. S. BONAVENTURA († 1274),

Vita f. Francifci, c. IX.

[*Acta SS. Boll.*, Oct., t. II.]

*

p. 767 Verum caritatis ardore fpiritum ipfius ad martyrium per- 1219
urgente, tertia adhuc vice pro fide Trinitatis effufione fui
de Celano, fanguinis dilatanda, verfus infideles proficifci tentavit. Tertio
ra p. 246 decimo namque converfionis fue anno ad partes Syrie pergens, multis fe periculis conftanter expofuit, ut Soldani Babylonie poffet adire prefentiam. Inter chriftianos enim ac Saracenos tunc bellum tam implacabile erat exercituum, caftris hinc inde in campo cominus ex adverfo locatis, ut via mutui tranfitus fine mortis difcrimine non pateret. Exierat fiquidem a Soldano edictum crudele, ut, quicumque caput alicuius chriftiani afferret, bifantium aureum pro mercede reciperet. At intrepidus Chrifti miles Francifcus, fperans in proximo fuum adipifci poffe propofitum, definivit iter arripere, mortis pavore non territus, fed defiderio provocatus. Oratione namque premiffa, confortatus a Domino, confidenter illud propheticum decantabat: « *Nam etfi ambulavero in medio umbre mortis, non « timebo mala, quoniam tu mecum es!* » (Pfalm. XXII, 4.) Affumpto igitur focio fratre, Illuminato nomine, viro utique luminis & virtutis, cum iter cepiffet, obvias habuit oviculas duas; quibus vifis, exhilaratus vir fanctus dixit ad focium: « Confide, « frater, in Domino, nam in nobis Evangelium illud imple- « tur: *Ecce, ego mitto vos, ficut oves in medio luporum* » (Matth.,
de Celano, X, 16). Cum autem proceffiffent ulterius, occurrerunt ei fatellites Sara-
a p. 246 ceni, qui tanquam lupi celerius accurrentes ad oves, fervos Dei feraliter comprehenfos, crudeliter & contemtibiliter pertractarunt, afficientes convitiis, affligentes verberibus, & vinculis alligantes.

Tandem afflictos multipliciter & attritos ad Soldanum, divina disponente providentia, iuxta viri Dei desiderium perduxerunt.

Cum igitur princeps ille perquireret, a quibus, & ad quid, & qualiter missi essent, & quomodo advenissent; intrepido corde respondit Christi servus Franciscus, non ab homine, sed a Deo altissimo se fuisse transmissum, ut ei & populo suo viam salutis ostenderet, & annunciaret Evangelium veritatis. Tanta vero mentis constantia, tanta virtute animi, tantoque fervore spiritus predicto Soldano predicavit Deum trinum & unum, & Salvatorem omnium Iesum Christum, ut Evangelium illud in ipso claresceret veraciter esse completum: « *Ego dabo vobis os, & sapientiam, cui non pote-* « *runt resistere, & contradicere omnes adversarij vestri* » (Luc., XXI, 15). Nam & Soldanus admirandum in viro Dei fervorem Spiritus conspiciens & virtutem, libenter ipsum audiebat, & ad moram contrahendam cum eo instantius invitabat. Christi vero servus superno illustratus oraculo: « Si vis, inquit, « converti tu cum populo tuo ad Christum, ob illius amorem « libenter vobiscum commorabor. Quod si hesitas, propter « fidem Christi legem Mahumeti dimittere, iube ignem accendi p. 768 « permaximum, & ego cum sacerdotibus tuis ignem ingrediar, « ut vel sic cognoscas, que fides certior & sanctior nunc « immerito tenenda sit. » Ad quem Soldanus: « Non credo, « quod aliquis de sacerdotibus meis se vellet igni propter fidem « suam defensandam exponere, vel genus aliquod subire « tormenti. » Viderat enim statim quendam de presbyteris suis, virum authenticum & longevum, hoc audito verbo, de suis conspectibus aufugisse. Ad quem vir sanctus: « Si mihi velis « promittere pro te & populo tuo, quod ad Christi cultum, si « ignem illesus exiero, veniatis, ignem solus intrabo: & si « combustus fuero, imputetur peccatis meis; si autem divina « me protexerit virtus, Christum Dei virtutem & sapientiam, « verum Deum & Dominum Salvatorem omnium agnoscatis! » Soldanus autem optionem hanc accipere se non audere, respondit; quia seditionem populi formidabat.

Obtulit tamen ei multa munera pretiosa, que vir Dei, non mundanarum rerum, sed salutis animarum avidus, sprevit omnia, quasi lutum, Soldanus autem videns virum sanctum, tam perfectum rerum mundalium contemptorem, admiratione permotus, maiorem erga ipsum devotionem concepit, & quamvis ad fidem christianam transire

Th. de Celano *supra* p. 246.

nollet, vel forſan non auderet, rogavit tamen devote famulum Chriſti, ut predicta ſuſciperet pro ſalute ipſius, chriſtianis pauperibus vel eccleſiis erogantia. Ipſe vero, quia pondus fugiebat pecunie, & in animo Soldani vere pietatis non videbat radicem, nullatenus acquievit. Videns etiam, ſe non proficere in converſione gentis illius, nec ſuum aſſequi poſſe propoſitum, ad partes fidelium, divina revelatione premoni-
h. de Celano, tus, remeavit. Sic itaque Dei ordinante clementia, ſancti & viri
pra p. 247 promerente virtute, miſericorditer & mirabiliter factum eſt, quod Chriſti amicus mortem pro ipſo viribus totis exquireret, & tamen nullatenus inveniret; ut & merito non careret optati martyrij, & inſignendus ſervaretur in poſterum privilegio ſingulari. Sic utique factum eſt, ut ignis ille divinus adhuc perfectius ipſius eſtuaret in corde, ut poſt potentius evaporaret in carne. O vere beatum virum, cuius caro, etſi tyrannico ferro non ceditur, occiſi tamen Agni ſimilitudine non privatur! O, inquiam, vere ac plene beatum, cuius animam etſi gladius perſecutoris non abſtulit, palmam tamen martyrij non amiſit!

177. *Chronica pontificum & imperatorum Mantuana* (— 1274).

[Pertz, *Monum. Germ.*, *SS.*, XXIV, p. 215.]

*

p. 215 Huius (Honorij III) tempore rex Frantie Damiatam cepit, 1219
ſet paulo poſt ipſe cum magna multitudine chriſtianorum a Saracenis capitur, unde Damiatam eis reſtituit pro redemptione ſua cum infinita pecunia.

178. Iacobus de Voragine († 1298), *Chronicon Ianuenſe.*

[Muratori, *SS. RR. Italicarum*, t. IX.]

*

col. 45 Anno deinde MCCXX capta fuit Damiata civitas Sara- 1220
cenorum ab exercitu chriſtianorum, ad quem exercitum Ianuenſes galeas x. miſerunt.

179. Ptolomæus Lucensis,

Historia ecclesiastica (— 1303).

[Muratori, *SS. RR. Italicarum*, t. XI, col. 1129.]

*

[*Abbreviat Oliverij & Vincentij narrationes.*]

180. Paolino Pieri,

Chronica (— 1305).

[Ed. A.-F. Adami, Romæ, 1755, in-4.]

*

1219 1219. Et in questo tempo mille dugento venti i cristiani p. 16
presero Damiata, ch' era de' Saracini, & eravi stato l'assedio ben due anni.

1221 1221. A tempo di costui nel ventidue, riebbero li Saraceni Damiata per patti, che ne lasciaro tutti i cristiani, ch' elli aveano presi in ogne luogo o parte.

181. Marinus Sanutus, senior,

Secreta fidelium crucis (c. 1322).

L. III, pars XI.

[Bongars, *Gesta Dei per Francos*, II.]

*

Cap. VI.

1217 *Continet congregationem passagij generalis apud Ptolomaydam & que gesserunt in Terra Promissionis.*

1217. Exercitus christianus apud Ptolemaydam congregatur. Ibi fuit p. 206
rex Ungarie cum Ungaris multis, ibi rex Cypri, ibi dux Austrie, cum Vinc. Bellov. *supra* p. 97-

Alamanorum militum copia, ibi quoque archiepiſcopus Nicoſienſis cum 1217
multis prelatis affuit. In profectione vero ipſorum, patriarcha Hieroſolymi-
tanus cum multa humilitate vexillum vivifice crucis aſſumpſit, reverentiam
lachrymoſam exhibente cleri ac populi multitudine univerſa: fuerat enim
ſecta crux, cum Saladini immineret bellum (ſupra parte V, cap. IV), reſer-
vata autem nunc contra adverſarios deportatur. Sentientes autem impij
Agareni, exercitum Domini ordinate per planum Fabe procedere & mon-
tem Gelboe uſque Bethſan pertranſire, cuncti fugerunt, relinquentes terram
vaſtandam libere exercitui chriſtiano, qui in vigilia Sancti Martini, ad Nov. 9
fluenta Iordanis perveniens, fuiſque lotis corporibus biduo recreatus eſt.
Viſitatis deinde locis ſanctis, ubi ſteterunt pedes Domini, ad Bethſaydam
pervenitur, civitatem Andree & Petri. Deinde prima Dominica de adventu, Dec. 3
inſultum faciunt, in caſtrum (ſuperiori capitulo) edificatum in monte
Vinc. Bellov., Tabor, & inter ceteros rex Ieruſalem maxime urget hoſtem, ubi &
ſupra p. 99 admiraldum quendam proſtravit, ſuperveniente autem nocte inglorius
deſcendit exercitus. Multa ex tunc a latrunculis & aſperitate hyemis paſſi
ſunt, maxime in vigilia Nativitatis Domini, plurimi vero captivorum utriuſ- Dec. 24
que ſexus baptizati ſunt. Poſt hec exercitus Domini quadrifariam dividitur.
Reges enim Ungarie & Cypri Tripolim profecti ſunt, ibique rex Unga- 1218
rie brevi tempore immoratus, cum magno damno Terre Promiſſionis
abſceſſit, peregrinos, dextrarios, iumenta & arma cum galeis ſecum
trahens, licet a patriarcha prius monitus & tandem cum ſua ſequela
excommunicationis vinculo innodatus. Alia pars timidorum & effemina-
torum remanſit Ptolemayde. Rex vero Ieruſalem & dux Auſtrie cum
Vinc. Bellov., hoſpitalariis Sancti Iohannis, & predictis prelatis ac quibuſdam aliis,
ſupra p. 100 celeriter & utiliter caſtrum Ceſaree firmaverunt. Templarij vero, auxilian-
tibus peregrinis & hoſpitali de domo Theotonicorum, caſtrum, quod
prius dicebatur Filij Dei, reedificaverunt & Caſtrum peregrinorum
vocant; ibi in foſſionibus ignota moneta inventa eſt, peregrinorum
Vinc. Bellov., labores & ſumptus allevians. Venerunt autem, in Martio anni ſequentis, Mart.
ſupra p. 101 cogones ex provincia Colonienſi, & alij; apparuerat enim in dicta
provincia, ſexta feria ante Pentecoſten, cum predicaretur crux, ipſius
crucis triplex forma in ere: una candida, verſus aquilonemque alia
conſimilis, ad meridiemque tertia medio colore colorata, habens crucis
patibulum, & figuram hominis crucifixi elevatis brachiis, cum infixione
clavorum, & capite inclinato, media inter illas. In alio loco, in villa
Frixie tempore predicationis crucis apparuit iuxta ſolem crux cerulei
coloris. In dioceſi etiam Traiacenſi, in villa Doctum, apparuit crux alba
& magna, ac ſi trabs ex adverſo trabis artificialiter eſſet compoſita, &
movebatur ab aquilone in meridiem. Tunc firmatum eſt per ſummum
pontificem de tranſmittenda in Egyptum militia chriſtiana.

Cap. VII.

Continet Damiate obſidionem, emulationem quoque inter legatum & regem & amiſſionem civitatis Sancte Ieruſalem.

1218 Profecturus in Egyptum exercitus chriſtianus, apud Caſtrum peregri-
Mai. norum convenit MCCXVIII de menſe Madij, illic paratis navigiis, & multi quidem naves aſcendentes, proſperis ventis ad Damiate portum die tertia pervenerunt; quidam vero capitanei, & capitales, in dicto caſtro tardantes & qui Ptolomayde remanſerant, mutato tempore, eos ſequi minime potuerunt. Interim exercitus capitaneum ſibi elegit comitem de Saroponte, & ad portum Damiate applicans, hoſtilem terram invadit ante regis & ceterorum adventum, & fecit Dominus aquam fluminis dulcem, que mari iungebatur. Tunc multi barones de Francia magnuſque populus cepit confluere. Rex etiam cum reliqua parte exercitus venit ad locum. Supervenit & legatus Pelagius, & cum rege, qui prius exercitui dominabatur, colloquium ſue auctoritatis habuit allegans, quia ipſe deberet exercitui preeſſe, quia & paſſagium eſſet per eccleſiam ordinatum, & crucefignati ad ſuum regimen pertinerent. Rex verba diſſimulans, pro domino ſe gerebat. Ad hec exercitus diviſus eſt: in conſiliis quoque unuſquiſque non veritatem, ſed affectionem ſui principis ſequebatur. Obſidentibus autem chriſtianis civitatem liber quidam chriſtianis apparuit, arabice ſcriptus, cuius autor chriſtianum, iudeum, vel ſaracenum ſe eſſe negat; in quo & que Saladinus contra chriſtianos geſſit, & quod capienda eſſet Damiata continebatur: dicebat etiam, quendam chriſtianorum regem Nubiarum Mecham civitatem decere deſtruere & oſſa Mahumeti diſperſa proicere. Fuit & in obſidione angelicus vir Franciſcus, qui gratia predicande fidei & deſiderio martyrij ad partes infidelium iam tertio feſtinabat. Dum igitur ſe chriſtiani pararent ad pugnam, Chriſti ſervus vehementer ingemuit, dixitque ſocio: « Si belli fuerit attemptatus congreſſus, non cedet proſpere chriſtianis. » Ille cognoſcens in ſancto vere ſpiritum prophetie, ſuadet, ut exponat periculum chriſtianis. Tunc exiliens Chriſti preco, ſalutaribus monitis chriſtianos aggreditur, prohibet bellum, denuntiat caſum; fit veritas in fabulam, contemnitur prophetia: induraverunt cor ſuum & noluerunt reverti. Igitur pugna committitur & bellatur; tota in fugam convertitur acies chriſtiana, finem belli opprobrium regerens, non triumphum. Eodem anno Hugo rex Cypri in civitate Tripolitana defunctus eſt, relinquens

Vinc. Bellov., ſupra p. 102

Eracles, p. 331, 343-344

Vinc. Bellov., ſupra p. 107

p. 208

Eracles, p. 360

parvulum filium Henricum, novem mensium, & duas filias; una nupsit Gualtero comiti Brenensi, altera Ysabella, filio principis Antiochie.
nc. Bellov., MCCXIX. A Coradino Ierusalem capitur, muri & omnia prosternuntur, 1219
p. 102-103 excepto templo Domini & turri David. De sepulchro Domini destruendo Saraceni consilium habuerunt, & litteris comminati sunt, quas civibus Damiate ad solatium eorum transmiserunt; nemo tamen ponere manum presumpsit, propter reverentiam loci. Unde & in Alcorano continetur, quod credunt, Iesum Christum de Maria Virgine conceptum & natum, prophetam & plus quam prophetam, sine peccato vixisse, cecos illuminasse leprosos mundasse, mortuos suscitasse, Verbum & Spiritum Dei, & vivum ad celos ascendisse. Unde & sapientes eorum, quando tempore treuguarum ascendunt in Ierusalem, codicem Evangeliorum sibi postulant exhiberi, & osculantes venerantur, propter Evangelium illud: « *Missus est Gabriel angelus* &c. (Luc. I, 26.)

Cap. VIII.

Continet Damiate captionem celeremque lapsum populi christiani in vitia & peccata.

Eracles, p. 344-346 Accidit autem hyeme per ora cruraque populi pestilens morbus, in tantum seviens, ut multi perirent, indeque ad Damiate incolas pertransiit. Studet proinde Soldanus succurrere civitati; & primo quidem nocte per fluvium transmittebat reselulas leves consutas in coriis & ceratis; christiani hoc advertentes, funes per transversum fluminis posuerunt, tintinabula apponentes; cum vero predicta descendebant, rapiebantur a christianis in preparatis naviculis. Secundo Soldanus, abiectis equorum & camelorum visceribus, pannis circumvoluta cibaria imponebat; & cum ceteris cadaveribus per fluvium abire sinebat: qui vero in Damiata erant fictionis non ignari, descendentia cadavera ad se trahebant. Id autem christiani advertentes omnia perscrutantur. Tertio eligit trecentos agiles Saracenos, qui nocte per castra christianorum panes & levia cibaria transportarent: & solis quatuor transeuntibus ceteri fuere mortui vel captivi. Ex tunc christiani machina continue ad magnam turrim anguli percutientes, ita laxatam turrim aspexerunt, ut aliquis inde posset transire: nec per intrinsecos succurrebatur in aliquo. Accidit quoque sero, tempestuosum tempus ac tenebrosum valde; tunc quidam christianorum paratas scalas ad menia erigunt civitatis, post hec turrim ascendunt & neminem reperiunt, & redeuntes hec regi annunciant. Rex vero legato & concilio refert, quod possit ad libitum capere civitatem; relatio cunctis placuit, & iubentur omnes arma capere, tempore opportuno. Rex igitur nocte transmittit milites & armatos, qui turrim possint egregie defensare. Illucescente vero die, erecto vexillo regis Ierusalem super turrim, acclamaverunt qui deintus erant, implorantes divinum ac Sancti Sepulchri auxilium. Tunc clamor invaluit in exercitu christiano; & ad scalas plurimi

concurrentes & in civitatem descendentes, aperuerunt ianuas civitatis.
Nov. 5 1219 Intravit plenitudo gentium, & civitas capta est nonis Novembris MCCXIX per annum & septem menses prius obsessa. Utinam attendissent possessores potius quam victores, ut victoriam soli ascriberent Creatori, quia non affuit deditio; non cum tumultu violenta predatio: sed & Soldanus castra sua comburens quam confusus abscesserit eiusque spoliis ditatus sit populus christianus. Capti quoque fuerunt usque ad xxx milia Agarenorum, & innumeri pestilentia & fame consumpti. Missis quoque quasi mille viris ad explorandum Tampnis, Saraceni sponte castrum dimiserunt, quo nullum posset securius inveniri. Sed qui talia munera receperunt de manu Domini, cito obliti sunt mandatorum eius & recesserunt de via, quam eis ostenderat Deus, ita ut sanctissimus pater Franciscus, multiplicari cernens homicidia, adulteria, furta, inde recesserit, quia nollent ad Deum converti eius monitis & exemplis. Libet huius sancti preconio modicum immorari. Ut enim Soldani Babylonie posset adire presentiam, multis se periculis constanter exposuit. Exierat enim a Soldano crudele edictum, ut qui christiani caput afferret, bizantium aureum pro mercede reciperet, at intrepide Christi miles, in castris hincinde in campo locatis, iter arripuit, mortis pavore non territus, sed desiderio provocatus. Procedente itaque eo cum fratre Illuminato, viro utique luminis & virtutis, occurrerunt satellites Saraceni, & servos Dei feraliter comprehensos, crudeliter & contemptibiliter contractarunt, afficientes convitiis, affligentes verberibus, & vinculis alligantes; adductos quoque coram se Soldanus interrogat, a quibus, aut ad quid, aut qualiter missi essent. At Christi servus Franciscus intrepido corde respondit, se missum non ab homine, sed a Deo, ut ei & populo suo viam salutis ostenderet, & annuntiaret Evangelium veritatis. Tanta vero mentis constantia, tantoque fervore spiritus predicto Soldano predicavit trinum unicumque Deum, & Salvatorem omnium Iesum Christum, quod Soldanus admirandum in viro Dei fervorem conspiciens & virtutem, libenter ipsum audiebat, & ad moram secum contrahendam instantius invitabat: at ille superno illustratus miraculo: « Si vis, inquit, cum tuo converti populo ad Christum, ob ipsius amorem vobiscum libentissime commorabor: quod si hesitas propter fidem Christi legem dimittere Mahumeti, iube ignem accendi permaximum, & ego cum sacerdotibus tuis ignem ingrediar, ut vel sic cognoscas, que fides verior & certior sit tenenda. » Ad quem Soldanus: « Non credo, quod aliquis de sacerdotibus meis se vellet igni propter fidem suam defensandam exponere, vel genus aliquod subire tormenti. » At vir sanctus subintulit: « Si conversionem promittis, ignem solus intrabo, & si combustus fuero, meis ascribatur peccatis: sin autem, Christum Dei virtutem & sapientiam, verum Deum & Dominum cognoscatis. » Soldanus optionem hanc accipere se non audere respondit, quia seditionem populi formidabat. Obtulit autem ei multa munera pretiosa, que paupertatis amator sprevit omnia quasi lutum, ex quo Soldanus

Vinc. Bello. *supra* p. 104-1; p. 209; *Eracles*, p. 43; S. Bonaventura *supra* p. 249; Idem, p. 250; p. 251

Idem, p. 251 admiratione permotus, maiorem erga ipſum devotionem concepit roga- 1219
vitque famulum Chriſti, ut prediƈta ſuſciperet, pro ſalute ipſius, chriſtianis pauperibus & eccleſiis eroganda. Ipſe vero, quia pondus fugiebat pecunie, & in animo Soldani vere pietatis non videbat radicem, nullatenus acquievit. Et cum ad converſionem gentis illius nihil proficeret, ad partes fidelium, divina revelatione commonitus, remeavit, privilegiato conſecrandus martyrio paſſionis & vulnerum Ieſu Chriſti.

Cap. IX.

Continet incidentia quedam, confuſionem populi chriſtiani & Damiate amiſſionem.

cent. Bellov., Audita captione Damiate, Georgiani ſcripſere viƈtoribus, turpe eis
ſupra p. 108 eſſe, niſi & ipſi Damaſcum, vel alium famoſum locum virtute acquirant armorum. Scripſerunt & Conradino; ut ſupra cap. III, part. VIII.
racks, p. 347-349 Eodem anno, quo capta eſt Damiata, Raymundus a Rupino Antiochiam recuperat, proditione Guilielmi Farabel. Rupinus expulſus ad Licuonem Armenie regem, matris avunculum, confugit, immemor iniurie, qua ipſum de Antiochia expulit. Ille infirmus, continuoque moriturus, filiaque ſub Conſtantis conſanguinei ſui, viri multum divitis, tutela relinquens, nepotem abiicit, qui ad legatum Damiate ſe contulit, & pro Antiochia & Armenia recuperanda, pecunie & gentis bellice auxilium petit & impetrat. Ille in Tharſo receptus, a Conſtante capitur, & carceratur, ibique moritur. Audiens quoque & rex Ieruſalem Lievonis mortem, chriſtianis reliƈtis caſtris, ſub ſpe propinqui reditus, Ptolomaydam profeƈtus eſt; volebat enim ratione uxoris Armenie regnum ſibi acquirere, ſed confeſtim illa infirmatur & moritur, & infra dies xv, moritur parvulus
incent. Bellov., eius filius, qui quatuor tantum erat annorum. Interim vero MCCXX 1219
ſupra p. 109 Conradinus princeps Damaſci deſtruxit caſtrum Saphet. Supervenerunt
, p. 1266, c. 93 quoque de Italia multi peregrini ad exercitum Damiate. Et eodem anno,
d. Duaci, 1624) Tartari Georgiam vaſtare ceperunt; deinde intraverunt maiorem Armeniam, ubi eſt mons Arath, ubi requievit archa Noë, in cuius radice eſt 1220
prima civitas, quam edificavit Noë, contra quam fluit fluminus Artoſis,
p. 210 qui fluit per medium Mongan, ubi ſunt in hyeme Tartari, uſque ad
racks, 350-351 mare Salvanicum. Nunc ad hiſtoriam redeuntes dicamus, quod legatus de Damiata proceſſit ulterius, qui vero ex parte regis Ieruſalem erant, illi denuntiant, quia per hoc illi honor & dominium demitur, ille iter accelerat, & iam exercitus extra pomeria civitatis caſtra locaverat;
vixque obtinuit diebus quatuor expeƈtari. Quinta die iter aſſumunt & 1221
per ripam fluminis ex parte Damiate equitant & iuxta eos ipſorum navigia cunƈta neceſſaria portant, nulloque prohibente, venit ad locum,

1221 ubi ramus Tampneos a ramo Damiate dividitur, de quibus lib. I, part. I, cap. II, fecimus mentionem. In ſectione igitur duorum fluminum caſtra metati ſunt caſtraque ex utraque parte foveis muniere. Iam Saraceni ex ulteriori ripa fluminis, a captione Damiate, citra & ipſi caſtra metati ſunt, multa habitacula conſtruentes, edificatam quoque civitatem novam Damiatam vocaverunt. Igitur cum chriſtiani ibi quaſi per menſem manſiſſent nihilque agerent, victualium metuentes inopiam, quia Saraceni de tertio ramo, qui Roſith dicitur, per caliginem unum, j alveum, quo terram rigant, galeas ad ramum Damiate induxerant, prohibentes, ne chriſtiano exercitui victualia portarentur; habita deliberatione, eligunt ſecreto redire & de ſero caſtra moverunt. Hoc non latuit Saracenos, ſed tota nocte ſagittis afficiunt populum chriſtianum; ſic coërcentes fluxum aquarum, ut ſummo mane, poſtquam per tres leucas proceſſerant, ſe invenirent aqua preventos, minimeque progredi valerent; quin etiam multorum tangebat genua, amiſſaque ſunt victualia & ſupellectilia univerſa. At qui in ira non continet miſericordias ſuas, Deus, facto dixiſſe videtur de exercitu chriſtiano: *Si populus meus audiſſet me, ſi in viis meis ambulaſſet, pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem, & ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam* (Pſalm. LXXX, 11). Et quia non arguit in furore, gratiam contulit, ut in tanto diſcrimine uſque ad annos octo treuguas firmarent, ſalvis chriſtianorum perſonis & rebus, redditiſque captivis, ſive in fortia eſſent ſoldani, ſive eius filij Conradini, inſuper adiectis victualibus & conductu. Chriſtiani vero MCCXXI, reddiderunt Damiatam, cunctoſque captivos. Per chriſtianos autem menſibus tantum octo Damiata retenta eſt.

182. ANDREA DEI,

Cronica Saneſe (— 1328).

[Muratori, *SS. RR. Italic.*, t. XV.]

*

1218 1218. Andò meſſer Guido del Palagio oltre mare co' gli col. 20-21
altri crociati di Siena, che furono novecento in quel paſſagio; e fu preſa la città di Dammiata da' criſtiani al tempo di papa Urbano.

183. Paulus Puteolanus (Pseudo-Iordanus),

Satyrica (cc. 1331).

A. Recensio II.

[Raynaldi *Annales eccles.*, I, ad ann. 1217, n° 40; 1218, n°s 7, 11, 18; 1219, n° 17; e cod. Vaticano 1960.]

*

p. 410 Rex Ungarie & dux Austrie deosculati sunt eam crucem Dominicam, 1217
hist. Oliver. in cum tali signo obviam euntes soldano Babylonis, cuius filius Coradinus
ann. reg. Colon., iactaverat, se pugnaturum cum christianis.
Waitz, p. 242, Exercitus Domini quadrifariam divisus est & rex Ungarie & Cypri
15 p. 415 Tripolim profecti. Rexque Ungarie brevi tempore commoratus magno
Marin. Sanut., damno Terre Promissionis recessit; peregrinos enim, galeas, dextrarios &
supra p. 253 iumenta cum armis secum traxit, multum admonitus a patriarcha, ne sic recederet, tandem excommunicatus est cum sua sequela.

Alia pars timidorum & effeminatorum remansit in Accon. Rex vero 1218
Hierusalem & dux Austrie cum hospitalariis S. Iohannis & episcopis predictis & quibusdam aliis castrum celeriter & utiliter firmaverunt, licet inimicorum sepius narraretur adventus & in ecclesia B. Petri patriarcha celebravit in purificatione B. Virginis. Templarij vero auxilian- Febr. 2
tibus peregrinis & hospitali de domo Theutonicorum castrum peregrinorum reedificaverunt, quod prius dicebatur filij Dei, ubi ea infossione moneta ignorata inventa est, qua labores & sumptus alleviati sunt.

p. 433 Exercitus capitaneum elegit comitem de Sareponte & ad portum maris
Marin. Sanut., Damiate applicat & hostiles terras occupat ante regis & ceterorum
supra p. 254 adventum.

Facta quoque est generalis fere lune eclipsis, eoque tempore multi barones de Francia cum populo copioso transfretare incipiunt, rex autem Hierusalem cum reliqua parte exercitus pervenit ad locum.

p. 434 Supervenit & legatus Pelagius & cum rege, qui prius exercitui domi-
Marin. Sanut., nabatur, colloquium sue auctoritatis habuit, allegans, quod ipse debebat
supra p. 254 exercitui preesse, quia & passagium erat per ecclesiam ordinatum, & crucesignati ad suum regnum non pertinerent. Rex autem verba dissimulans, pro domino se gerebat, ac per hoc exercitus est divisus, & quisque affectionem sui domini sequebatur.

p. 436 Eodem anno Hugo rex Cypri in Tripoli moritur, relicto Henrico
Marin. Sanut., parvulo ix. mensium & duabus filiabus; una nupsit Gualtero comiti
supra p. 254 Brennensi, altera Isabella filio principis Antiochie.

p. 457 Ante captionem Damiate liber quidam christianis apparuit arabice scrip- 1219
Marin. Sanut., tus, cuius auctor christianum vel Iudeum vel Saracenum se negabat, in quo
supra p. 254

1219 continebantur, que geſſit Saladinus contra chriſtianos & de captione Damiate, dicebatque quondam regem chriſtianorum Nubiarum Mecham civitatem debere deſtruere & oſſa Mahumeti diſperſa proicere.

B. Recenſio III.

[Cod. Babenbergenſis, E III, 10.]

De captione Damiate.

Nov. 5 Nonis igitur Novembris Damiata capta eſt ſine deditione, ſine vio- f. 258
1219 lentia, cum tumultu, predacione (*ſic*), ut ſoli Deo aſſcriberetur victoria. Marin. Sanu
Quod cernens Soldanus ſua caſtra comburens confuſus abſceſſit & de *ſupra* p. 256
ſpoliis ditatus eſt populus chriſtianus. Et preter interfectos peſtilentia & fame uſque ad xxx. milia Sarracenorum capta ſunt; platee, domus & lectuli multi repleti erant fetore & cadaveribus mortuorum. Miſſis deinde viris quaſi mille ad explorandum Therarus (*ſic, lege* Tanis)
Novemb. menſe Novembris Sarraceni caſtrum, quo nullum magis iumentum (*ſic*), ſponte reliquerunt. Ante capcionem Damiate liber quidam chriſtianis Id., *ſupra* p. 2
apparuit, arabice ſcriptus, cuius auctor chriſtianum vel Iudeum vel Sarracenum ſe negat; in quo continebantur, que geſſit Saladinus contra chriſtianos & de capcione Damiate. Dicebatque quendam regem chriſtianorum Nubiarum Mecham civitatem debere deſtruere & oſſa Machometi diſperſa proicere.

De quibuſdam incidentibus.

1219 Audita capcione Damiate Georgiani ſcribunt victoribus, turpe eſſe Marin. Sanu
eis, niſi Damaſcum vel alium locum nominatum virtute armorum caperent. *ſupra* p. 257-
Ipſi enim Parſis (*ſic*) vicini ſunt, longo terre ſpatio a terra promiſſionis diſtantes, quorum dominium extenditur uſque ad montes Caſpios. Bellicoſi homines ſunt, habentes raſuram in capite clerici rotundam, laici quadratam. Mulieres eorum equeſtres procedunt docte ad bellum.

1220 MCCIX. princeps Damaſci deſtruxit caſtrum Saphet. Iohannes rex Ieruſalem caſtra reliquit fidelium, cauſas aliquas pretendens ad ſui excu-
1221 ſationem & promittens feſtinanter redditum. Legatus autem de Damiata proceſſit equitando per ripam fluminis & iuxta eos eorum navigia &, nemine prohibente, pervenit ad locum, ubi flumen dividitur in ramum Tampnis & ramum, qui venit Damiatam. Ultra vero flumen Sarraceni caſtra metati edificantes novam Damiatam vocabant. Poſt quam autem ibi chriſtiani per menſem fuerunt nichil agentes & timentes victualium inopiam, eligunt ſecrete redire. Sed Sarraceni aquam fluminis induxerunt

usque ad genua hominum, & tandem promittunt, si reddant Damiatam, 1221
eos salvos ducere, captivos reddere & sanctam crucem. Et facta est treuga
per annos viij.

184. ANDREAS DANDULUS,

Chronicon Venetum (— 1339).

[Muratori, *SS. RR. Italic.*, t. XII.]

*

Lib. X, cap. IV.

Pars 26.

col. 339 Andreas rex Hungarie cruce signatus a duce Venetorum 1217
suis nuntiis pro passagio navigia petit, & petita obtinuit, annuentibus illis, ut iura, que rex in Iadra se asserit habere, in Venetos transferrentur.

Pars 29.

col. 340 Anno XII. Tregua christianorum, & Saracenorum expirante, congre-
cent. Bellov., gatus est exercitus Domini in Achon cum tribus regibus, scilicet Hieru-
ra pp. 97-99 salem, Hungarie, & Cypri. Adfuit etiam dux Austrie & dux Bavarie, & patriarcha vexillum Crucis accipiens, cum illisque contra infideles exiens, nihil laudabile peregerunt. Postea exercitus Domini quadrifariam divisus est. Rex Hungarie Tripolim profectus est, quem legatus admo-
hom. Spalat., nuit, & tamdem excommunicavit, qui per terram iter prosequens cum
ra p. 231-232 Theodoro Comneno Lascaro parentelam contraxit, accipiens filiam eius in coniugem Bele primogenito suo, qui postea ab Oxano Bulgarorum rege captus filiam suam ei copulare promisit, & relaxatus est.

Pars 31.

col. 341 Multi Franci transfretare incipiunt, & Ioannes rex Hierusalem cum 1218
arin. Sanut., exercitu ad portum Damiate, quem comes de Seraponte capitaneus iam
upra p. 254 occupaverat, pervenit; & legatus Pelagius illuc applicuit, & cum rege colloquium sue auctoritatis habuit, allegans, quia ipse debebat exercitui preesse, quia passagium erat per ecclesiam ordinatum. Rex autem dissimulans pro domino se gerebat. At per hoc exercitus est divisus, & quisque affectionem sui domini sequebatur.

Pars 32.

Hugo rex Cypri in Tripoli moritur, relicto Henrico parvulo, & duarum filiarum eius, una nupsit Gualterio comiti Brenensi, altera nomine Isabella filio principis Antiochie. Marin. Sanu[t] *supra* p. 25[5]

Pars 33.

1219 Hierusalem a Conradino filio Saphadini capitur, murosque & cuncta destruxit, excepto Templo Domini, & Turri David. Decimoquinto anno nonis Novembris Damiata capta est per christianos, & Thamis a Sarracenis derelictum. Marin. San[ut] *supra* p. 255 col. 342

185. Giovanni Villani,

Storia fiorentina (— 1348).

[Muratori, *SS. RR. Ital.*, t. XIII.]

*

Cap. XL.

Come si prese la città Damiata per li christiani. col. 152

1215 Nelli anni di Christo 1215. Papa Innocenzo celebro concilio generale a Roma, per fare passagio oltremare al soccorso della Terra Santa, & più ordini fece, ma poco appresso mori.
1216 Et l'anno 1216, fu fatto papa Honorio terzo nato di Roma, il quale seguio poi il detto passagio, ove andarono molti Romani, & Italiani, & Fiorentini, & andòvi d'oltra monti col. 153
Otto imperadore, & più altri baroni d'Alamagna, & di Fran-
1218 cia l'anno di Christo 1218. Et assediarono la città di Damiata in Egitto per due anni, & dopo gran mortalità, che v' hebbe di christiani, morivvi il detto Otto, & molta di sua gente.
1219 L'anno appresso hebbono Damiata per forza, & l'insegna del comune di Firenze, il campo rosso e'l giglio bianco fu la prima insegna, che si vide in Damiata in su le mura, per virtù de' pellegrini Fiorentini, che vi furono de' primi combattendo a vincere la terra; & ancora per ricordanza il detto gonfalone si mostra in Firenze per le feste nella chiesa di San Giovanni al Duomo. Et vinta Damiata per li christiani, tutti i Saracini vi furono morti & presi; ma poco la tenuero i christiani per dissensione, che nacque tra'l legato del papa,

& fignori Francefchi, c' haveano fatto il conquifto, per tale modo, che l'anno di Chrifto 1221, per affedio la renderono i 1221
chriftiani a' Saracini, rihavendo i loro prigioni.

186. Pseudo-Rigordano Malespini,

Storia fiorentina (1350-1370).

[Muratori, *SS. RR. Ital.*, t. XIII.]

*

Cap. CVI.

Siccome papa Innocenzio celebro concilio generale a Roma per fare il paffagio oltre mare.

col. 947 Negli anni di Chrifto mille dugento quindici, papa Innocenzio celebro 1215
illani, *fupra* concilio generale in Roma, per far paffagio oltre mare al foccorfo della
p. 262 Terra Santa, e più ordini; ma poco appreffo morio e negli anni di Chrifto
mille dugento fedici fue fatto papa Onorio III di Roma, il quale feguio 1216
poi il detto paffaggio, dove andarono molti Romani, Taliani, e Fiorentini, ed oltre a' monti v' andoe Otto imperadore, e più altri baroni della Magna e di Francia: andovvi uno de marchefi della cafa da Efti, oggi detti marchefi do Ferrara, e in fua compagnia due de' conti Alberti l'uno chiamato Alberto, e l'altro Fazio, e con loro in compagnia Buonaguifa de' Buonaguifi da Firenze, e'l detto marchefe da Efti fece il detto Buonaguifa cavalier di fua mano, e diegli mezza l'arme fua, che è mezza Aguglio, perocchè il detto Buonaguifa fu il primo che combattendo Damiata foli in fulle mura, e mifevi la bandiera de' chriftiani, la quale Buonaguifa vi mife fufo, fue quella del comune di Firenze, e in quefto anno fi dovifono da' Galifgai, e da que' della Preffa, e furono chiamati Buonaguifi per lo innanzi, per lo nome di Buonaguifa, e quefto fue negli anni
di Chrifto mille dugento diciaffette, e in quefta zuffa mori il 1217
detto conte Fazio de' detti conti Alberti, e molti altri. Ancora andarono in quefta paffaggio molt' altri de' nobili di Firenze, e ancora de' popolari di Firenze, ficcome uno de' Bofticchi chiamato Boftico, e uno de' foldaneri chiamato Monte, e andovvi Florio dell' Arca, e Lamberto de' Lamberti; quefti tutti fopraddetti fi feciono cavalieri lò a grandif-
col. 948 fimo onore, comechè pochi ne ritomarono a cafa: ancora Maffeo degli Ubaldini, e Donato de' Donati, e meffer

1217 Ubaldo de' Toſinghi, e Franchino Ubriachi, e Giovanni della Vitella, e meſſer Ormanno degli Ormanni, e Verdiano Infangati, e Federigo de' Pigli, e Aldobrandino de' Corbizzi, e più altri cittadini, de' quali al preſente non ſi fa menzione. La detta Damiata è in Egitto, e ſtette aſſediata anni due, e
1219 per mortalità vi mori molti chriſtiani, con grandiſſimo loro danno, e come io diſſi, nelle fini per battaglia l'ebbono, **e morivvi il detto Otto con grande quantità di ſua gente, e la detta** Villani, *ſupra*
inſegna del comun di Firenze bianca, e roſſa, fu quella, che'l detto p. 262
Buonaguiſa vi portò ſuſo, e in ſua compagnia Lamberto de' Lamberti, e Ormanno degli Ormanni de' Foraboſchi di Firenze, e Verde Infangati, e queſti ire ſopradetti vi morirono, & moríronvi molti oltramontani conti, e baroni, de' quali non feci menzione, altro che de' noſtri Fiorentini. E notate che la noſtra città di Firenze è ſtata due volte ſondata, cioè la prima, e la ſeconda volta ſotto la pianeta d' Aries, e Marte, ſegno che ſignifica, che tutti coloro della noſtra città di Firenze, per ragione devuo eſſere avventurati, e prodi uomini, e ſimilmente di mercanzia, e d'armi, e quegli che vi ſi daranno alle ſopraddette coſe per ragioni de' detti pianeti ſono, e ſarano dotati in queſte due ſopraddette coſe, cioè valenti in arme, e in mercatanzia, perchè Aries ſignifica mercatanzia, e Marte armi, e battaglie: abantico ſempre i noſtri cittadini faceano guerra, e battaglie, e faceanle tra loro, quando non aveano con cui farle, i quali tempi tutti gli altri in que' tempi in queſto avanzarono; addietro ne diſſi, e come diſſi, fu loro fattura la preſa di Damiata, **e il detto gonfa-** Villani, *ſupra*
lone bianco e roſſo ſi moſtra alla feſta di Santo Giovanni per queſta p. 262-263
cagione: e i detti criſtiani nella preſa di Damiata uccíſono tutt' i Sarracini, quanti ne trovarono, ovvero gli preſano; ma poco la tennano i detti chriſtiani per diſſenſione, che venne tra'l legato del papa, e i ſignori di Francia, che aveano fatto il conquiſto per tal modo, che negli anni di
1221 **Chriſto mille dugento ventuno, per aſſedio la renderono i chriſtiani a' Saracini, riavendo i loro prigioni.**

187. *Chronicon Eſtenſe* (— 1354).

[Muratori, *SS. RR. Italic.*, t. XV, col. 303-304.]

*

[*Sequitur* Monachum Patavinum, *ſupra p.* 248-249.]

188. IOHANNES DE BAZANO,

Chronicon Mutinense (— 1363).

[Muratori, *SS. RR. Italic.*, t. XV.]

*

col. 558 Dominus Rambertus de Bononia poteſtas Mutine in MCCXIX.... Primo anno regiminis dicti Ramberti fuit exercitus de Gibetto in MCCXVIII. Et in dicto primo anno fuit magna mota militum & perſonarum ultra mare & ſolutum fuit nolum maius per commune Mutine. 1219

189. GUALVANEUS FLAMMA,

Manipulus florum (— 1371).

[Muratori, *SS. RR. Italic.*, t. XI.]

*

col. 666 Iſto anno Honorius tertius ordinem fratrum predicatorum 1217
confirmavit & Henricus de Septara archiepiſcopus Mediolanenſis fratribus predicatoribus eccleſiam S. Euſtorgij xxx. die Mart. 30
Martij conceſſit. Iſte archiepiſcopus cum Pelagio legato
col. 667 domini pape in Hieruſalem ad Iohannem regem pervenit, & tunc fuit capta Damiata & poſt duos annos perdita.

190. BARTOLOMEO DELLA PUGLIOLA,

Cronica di Bologna (— 1394).

[Muratori, *SS. RR. Italic.*, t. XVIII.]

*

col. 252 MCCXVII. Giovanni re di Geruſalemme, e Pelagio cardi- 1217
nale andarono con grandiſſima moltitudine di chriſtiani oltre

1217 mare, per riacquistare la Terra Santa di Gerusalemme. Del
Mai. mese di Maggio si partì da Bologna una gran quantita d'uomini, i quali andarono col detto re Giovanni. I Bolognesi gli donarono venti mila lire di Bologna. I quali andati con gran moltitudine di navi, in prima posero campo intorno Damiata, città ricchissima d' Egitto. Per la qual cagione il Soldano di Babilonia convocò tutti il re de' Saraceni, dell' Arabia, e della Siria, e con grandissimo esercito andò contra i christiani. Ma non potevano quelle barbare genti vietare ai cristiani la via pel fiume Nilo perchè non aveano navi da poter resistere. Sicchè dopo un lungo assedio e dopo molte battaglie, i christiani presero per forza la detta città di Damiata Monach. Pat. *supra* p. 24[?]
1219 nell' anno MCCXIX dalla natività di Cristo . . . .

. . . .

Molti Bolognesi andarono oltre mare. Allora fu tolla Damiata pe' cristiani, i quali per un caso fortuito la ricuperarono. col. 253

1221 Damiata città ricchissima si perdette pe' cristiani. Nota que essendo andato l'esercito de' cristiani verso le parti superiori dell' Egitto, combattendo virilmente, subito venne una grande innondazione del' fiume Nilo. Per la qual cagione i christiani non poterono andare innanzi, ne tornar potevano indietro per l'inumerabile moltitudine de' Saraceni, che perseguitavanli. Sicche costretti i cristiani dalla necessita della fame, renderono a i Saraceni la città di Damiata per la redenzio loro. La quale città renduta, i cristiani bon molta tristezza ritornarono alle loro patrie. Monach. Pat. *supra* p. 248-[?] col. 254

191. *Chronicon Patavinum* (— 1399).

[Muratori, *Antiquitates Italicæ*, t. IV, Mediolani, 1741, in-f.]

*

1217. Multitudo maxima christianorum transfretavit in subsidium Terre Sancte & intraverunt Egyptum, & Damiatam invictissimam civitatem multo tempore viriliter obsederunt. p. 1128 Monach. Pat. *supra* p. 248

1218. Et Soldanus videns multitudinem christianorum intrasse Egyptum, & Damiatam, ut proxime suprascriptum est, regibus Assyrie, & Arabie convocatis, cepit christianos undique viriliter impugnare, preterquam iter fluminis eis prohibere non potuit. Et tunc regebant christianos rex Iohannes Hierosolymitanus, vir strenuus, fortis, & magne stature, & magister Pelagius cardinalis.

192. SARDO,

Cronica Pisana (— 1400).

[Ed. Fr. Bonaini, pars II, t. VI, Firenze, 1845, in-8.]

*

CAP. XXIII.

p. 46 In del milledugento diciotto, li Pisani funno al passaggio, 1218
là u' fue presa Dagmiata.

193. BARTHOLOMÆUS ALBICIUS († 1401),

Liber conformitatum s. Francisci cum Christo.

[Mediolan., 1510, in-f.]

*

Lib. I, fruct. 2.

p. 14*a* .... Soldano fuit beatus Franciscus declaratus: qui ad 1219
ipsum summam concepit devotionem. Et tandem ipsius meritis regeneratus in Christo est salvatus.

p. 29 Nam Soldanum Babilonie convertit & alios infideles: tam per se quam per filios fratres ad vitam salutis deduxit.

Lib. II, fruct. 17.

p. 175 Ad Soldanum vadens cum socio fratre illuminato a Sarracenis captus:
Bonaventura, feraliter crudeliter & contemptibiliter pertractatus, conviciis, verberibus
supra p 249 afflictus & vinculis alligatus; quod dixit socio, certe exhilaratus dixit: « Confide frater in Domino; in nobis impletur illud Evangelij: *Ecce ego* « *mitto vos sicut oves inter lupos* (Matth., x, 16).

Lib. II, fruct. 27.

p. 215*a* Non solum fideles christiani ad honorandum beatum Franciscum in-
Bonaventura, citabantur, sed etiam infideles. Cum enim post multos labores & pericula
pra p. 249-250 & afflictiones ad aspectum pervenisset Soldani & Christum eidem evangelizasset, nutu divino Soldanus in mansuetudinem conversus benignum ei

1219 prebuit auditum. Cernens quidem in eo fervorem ſpiritus, conſtantiam animi, contemptum vite preſentis efficaciamque divini ſermonis, devotionem tantam concepit ad ipſum, ut magno cum honore dignum duceret, numera precioſa offerret & ad ſecum trahendum moram inſtanter invitaret. Et quid mirum? Si Chriſtus corda ſuorum commoneret ad venerationem beati Franciſci, cum per ratione carentia ſit ipſe beatus Fran- p. 216 ciſcus multipliciter honoratus, accedendo ad ipſum, ſtando cum ipſo nec ab eo nullatenus recedere volendo, prout dicit octava pars maioris legende.

Lib. II, fruct. 31.

Septimo ſtigmata beati Franciſci ſunt autenticata teſti- p. 235 *a* monio ſanctorum fratrum & virorum ſuorum poſtremo fratris illuminati, qui cum beato Franciſco ad Soldanum perrexit. Hic ſtigmata vidit & beatum Franciſcum ſeriem & modum impreſſionis recitantem audivit.

Lib. II, fruct. 38.

Beatus Franciſcus enim, ob ſalutem animarum & ut con- p. 248 verteret infideles ad Chriſtum, ter ad partes infidelium adire propoſuit pro converſione ipſorum & pro palma concipienda martirij, licet ergo bis propoſuerit ita, ſepe tamen fuit impeditus. Primo quum ibat ad miramolinum verſus Iſpaniam, fuit impeditus infirmitate. Secundo quum ibat verſus Soldanum, ventis & in mari non ſecundis flatibus. Tertio tamen pergens cum xij. fratribus ad partes Sirie per multos labores, tribulationes & captivitates: cum eſſet guerra inter Sarracenos & chriſtianos, divino favente auxilio ad Soldanum perveniens, eidem beatus Franciſcus a. ſp. ſ. edoctus tam diviniſſime de fide catholica ſancta predicavit, quoque per ignem hanc ſe approbare S. Bonaventu obtulit. Propter quod Soldanus in ipſo magna devotione concepit, tamen *ſupra* p. 25 pro conſtantia fidei quam pro contemptu temporalium nihil non ab ipſo accipere voluit, cum eſſet pauperculus, quam & pro fervore martirij. Et ex tunc eum libentiſſime audiebat & rogavit, ut ad ipſum frequenter accederet. Et inſuper ſibi conceſſit & ſociis, quod quocumque vellet libere iret, & ubique per totum imperium ſuum libere predicaret. Et dedit quoddam ſignaculum: quo viſo a nemine lederetur. Habita igitur hac licentia liberali, ſanctus Franciſcus ſocios binos hinc inde tranſmiſit in diver-

onaventura, ſas partes paganorum. Demum beatus Franciſcus videns, quod fruc- 1219
ra p. 251 tum quem deſiderabat ibidem facere non poterat, Domino ſibi revelante, diſpoſuit ſociis recongregatis ad partes fidelium remeare. Et rediens ad Soldanum ſuum propoſitum de reditu indicavit, cui Soldanus dixit: « Frater Franciſce, ego libenter ad Chriſti « fidem convertere, ſed modo hoc facere timeo, quod iſti « Sarraceni me & te cum ſociis ſuis ſi ſentirent, ſtatim interficerent. Sed & tu cum adhuc multum poſſis perficere & « ego quedam magna negocia pro ſalute anime mee anhe« larem expedire, nollem mortem tuam & meam ita inopi« nate. Sed indica mihi modum quo ſalver, & ego ſum « paratus tibi in omnibus obedire. » Et ſanctus Franciſcus dixit ei: « Domine, ego quidem modo recedam a vobis, « ſed poſtquam ad fideles rediero, & ad celum Domino « vocante tranſiero, poſt mortem meam ſc. d. diſponere « divina mittam vobis duos de fratribus meis, a quibus bap« tiſmum recipietis & ſalvus eritis; ſic mihi Dominus Ieſus « Chriſtus dominus meus mihi revelavit. Vos autem interim « ab omni negocio vos diſſolvite, ut cum gracia Chriſti venerit, « inveniat vos fide & devotione paratum. » Cui Soldanus aſſentiens gaudenter fideliter obedivit. Sanctus vero Franciſcus rediit ad partes fidelium, & poſt aliquot annos predictus Soldanus infirmatus eſt exſpectatumque beati Franciſci promiſſum qui iam ad beatam vitam migraverat; poſuit exploratores in portis & portarum exitibus, ut ſi qui duo fratres in ſancti Franciſci habitu apparerent, ipſos ad eum feſtinanter adducerent. In illo autem tempore apparuit beatus Franciſcus duobus fratribus ſuis & precepit illis, ut ſine mora pergerent ad Soldanum & ſalutem eius ſicut promiſerat & ei
p. 248 a predixerat ſollicite procurarent, quos ut vidit Soldanus gaviſus eſt gaudio maximo valde dicens: « Nunc ſcio vero, quod « miſit Dominus ſervos ſuos, quod ſicut promiſerat ſanctus « Franciſcus ita mihi ſervavit ſollicite pro ſalute mea tranſmit« tendo duos ſocios. » Recipienſque a predictis fratribus fidei documenta & ſacrum baptiſmum ipſa infirmitate regnante in domino migravit ad ſempiterna gaudia, & ſalva facta eſt anima eius meritis ſancti patris Franciſci, optante Domino noſtro Ieſu Chriſto.

194. Bernardo Marangone,

Croniche di Piſa (— 1406).

[Tartinius, *SS. RR. Italic.*, t. I.]

*

[*Sequitur pro maxima parte Iohannem de Columpna.*]

1217 In nel tempo di queſti conſoli eſſendo morto Innocenzio III, il quale aveva di gia meſſo è principi del ponente all' impreſa contro; & di nuovo creato Onorio III, Romano, il quale dipoi incoronato in Roma lo imperatore di Conſtantinopoli in la chieſa di S. Lorenzo fuor della mura, chiamo a ſe meſſer Giovanni Colonna cardinale, facendolo legato ſuo in nella impreſa dell' Aſia, e di gia erono e principi criſtiani congregati alla città d' Ancona, avendoli eſortati a queſto Onorio papa, maſſimamente Andrea re d' Ungheria con molti altri principi ed alcune repubbliche, infra le quali vi fu l'armata Veneziana, e quella de Piſani. Tutti queſti principi raunati inſieme, e fatto conſiglio con Giovanni re d' Inghiterra, determinarono aſſediare Ieroſolima, e Damiata col. 490
1218 città dell' Egitto, e ſi nel 1218, del meſe di maggio preſono a
Mai. quella il lor cammino. Fu chiamata queſta città per innanzi Eliopoli da Elio, la quale fu circondata da quello di tre cerchi di mura. Aveva queſta citta una particula del Nilo, che la circondava, la quale fu tolta via. Aveva alcuni borghi, e quali furono trovati pieni di merce, e queſte furono le prime coſe, che furono tolte da i ſoldati. Creſcendo il Nilo grandemente, tolſe, e fu perſa tutta la ricolta di quell' anno, e per queſto cominciorono é chriſtiani a patire delle vettovaglie, ed in particulare perche il Soldano ha il campo aſſai diſcoſto da i criſtiani, per queſta cauſa é noſtri criſtiani moſſono le lor genti contro il Soldano. Temendo per queſto il Soldano laſſo el campo, & partito rimaſono tutte le vettovaglie, dando comodita a i noſtri di aſſediare la città. Cordino figluolo del Soldano mancando d' animo di ritenere Ieroſolima, ſe e criſtiani pigliavano Damiata, ruppe le mura, ſolo la Torre di David laſſando in pie, e'l Tempio del

Signore e'l Sepolcro di Crifto in modo alcuno non fut violato, 1219
col. 491 moffo a quefto dalle prece dei criftiani, che ftavano in Ierofolima. In mentre ch' e criftiani valentemente combattevono Damiata, il Soldano torno con maggior numero di gente, e puofe il fuo efercito infra il Cairo, e Damiata, di dove non fu mai poffibile indurlo per conto alcuno al combattere. Moffi da ira é chriftiani, fenza ordine alcuno andorono contro di loro, & cofi patirono affai da quelli, che fi difefono, ancorache per quefto non fi laffaffi l'impresa dell' affedio di Damiata, la quale in capo a quindici mefi fu prefa da' criftiani, infra li quali, come detto è, vi fi trovo l'armata Pifana: in nella qual cattura non folo i Pifani, ma tutti é foldati, che vi erono, feciono un bello acquiftare.

El fignore, e capitano della città di Damiata, vifto, che in la città mancavano le vettovaglie, fece murare tutte le porte, a caufa che quelli, che erono drento, non poteffino ufcir di fuora per conto della fame. Penfava il capitano della città, che la città fuffi in quel modo piu ficura, folo afpettando l'aiuto da quelli di fuora, e ftandofi controppa ficurta, non facevono piu le guardie con quella diligenza, che prima facevono; intantoche é criftiani accortifi di quefto, un giorno fi miffono a montare in fulle mura; e montati di piu afcefono di drento, e rotte le mura a un tempo medefimo dalla parte di drento, e di fuora, entrorono in la città, dove non molto combattuta fu prefa con poca morte non folo de' criftiani, ma ancora degli infideli, e quefto fu a occhi veggenti del Soldano, il quale era venuto per dar foccorfo alla città.

col. 493 1221. Aveva avuto Federigo imperatore poco accordo con 1221
li altri pontifici; e il fimile ebbe con Onorio III, intantoche é fu forzato fcomunicarlo, ficcome avevono fatti alcuni altri pontefici ftati al tempo fuo, ed infieme con la fcomunica lo privo dello imperio. Venne à Roma Federigo, e contro a ogni iuftizia ufurpo per quello, che potevono le fue forze, la iurifdizione della chiefa. Per quefta caufa il Soldano, il quale fapeva la divifione, che era infra il papa, e lo imperatore, miffe infieme un efercito molto maggiore, che prima mai aveffi fatto, immaginandofi, che é criftiani non aveffino a comparire; el che non riufci, perche fubito il cardinale Colonna, il quale era in quelle parti, prefe l'armi con lo efercito criftiano, e fe li fece incontro al Nilo, al quale il

1221 Soldano mostro aver paura, a causa che é non si partissino dal luogo, dove é s' erono accampati. Aspettava per questo, che il Nilo crescessi; il che segui, perche non molto dipoi, aperte col. 494
del detto fiume le cateratte, inundo in talmodo ogni cosa, che piu d' un cubito in ciaschedun luogo ascese l'acqua. Impauriti per questo é cristiani, subito s' accordorono alla pace, con che é cristiani lasciassino miata, é prigioni da ogni parte fussino liberati, li infedeli lasciassino il legno della Santa Croce á cristiani, e fussi loro lecito ritirarssi alla città di Tiro, o a
Febr. 2 quella di Acone, e cosi in quella solennita della purificazione della Virgine fu abitata da' cristiani, e in nella medesima solennita da' Barbari fu restituita per patto. E nostri capitani vedendo non far piu cosa buona in nell' Asia, insieme col cardinale Colonna si ritornorono in Italia, e' l simile fece Giovanni re di Ierusalem, e venendo a Roma, fu ricevuto da Onorio papa con sommo onore, e da quello onorato con dimolti presenti; questo Giovanni re di Ierusalem marito una sua figluola, la quale aveva avuta della sua donna chiamata Iola, ed in dotta li dette tutto quello, in che lui avessi avuto che fare in nel regno di Ierusalem, e di qui nasce, che tutti i re della Sicilia sono re di Ierusalem.

195. *Cronica di Pisa* (— 1406).

[Muratori, *SS. RR. Italic.*, t. XV.]

*

1219 Nel mille dugento diciannove li Pisani funno al passaggio, e s'ave Damiata. col. 977

1223 Nel mille dugento ventitre lo' mperadore Federigo soprascritto elli con molta gente delli cristiani, e li Pisani feceno grande sforze di navigli, e andonno al passaggio a oste al Soldano: e' l ditto imperadore sentendo, che elli era tradito, che gli el disse il Soldano, che li era tolto il regno, si lasòe l'oste delli cristiani, e con li Pisani ne venne a ricoverare lo regno. E in Egitto furono presi di molti cristiani, onde li fue renduta Damiata per patti, e fue lo' mperadore iscomunicato, e Pisa stette intraditta anni ventinove.

196. LAURENTIUS DE MONACIS († 1429),

Chronicon de rebus Venetis.

[Ed. F. Cornelius, Venetiis, 1758, in-4.]

*

p. 90 Dandulus, *ſupra* p. 261 Ducante Petro Ziani, Andreas rex Ungarie, cruce ſignatus, dedit 1217 Venetis pro paſſagij abundantiori tutela omnia iura, ſi qua tamen habebat in Dalmatia.

197. ANTONINUS FLORENTINUS,

Chronicon (— 1457).

[Norimbergæ, 1485, in-fol., tit. XIX, cap. III, n. 3 & 4.]

*

[*Sequitur Iohannis de Columpna* Mare hiſtoriarum.]

198. SOZOMENUS PISTORIENSIS († 1458),

Chronicon univerſale.

[Tartinius, *SS. RR. Italic.*, I.]

*

p. 99 Villani, *ſupra* p. 262-263 Multi chriſtiani pro reparatione Terre Sanƈte Ieruſalem congregarunt 1217 exercitum, videlicet Otho olim imperator privatus, duces, comites, Alemanni, & Gallici, Romani, Florentini, & Italici, & deinde iuxta Acon univerſus chriſtianorum exercitus pervenit, & Damiatam obſidere cepit. 1218

Damiata tandem ab exercitu chriſtianorum capitur vi, & laboribus 1219 multis, ac poſt multam chriſtianorum cedem, ibi mortuus eſt Otho imperator, & quaſi omnis ſuus exercitus conſumptus eſt. Et Florentinorum vexillum primum poſitum fuit ſuper Damiate menia : quod uſque ad noſtra tempora repoſitum in Sanƈti Iohannis Baptiſterio adhuc oſtenditur. Nam omnes Saraceni, qui ibidem reperti fuerunt, a chriſtianis interfeƈti ſunt.

Chriſtiani cum poſſiderent Damiatam, tandem inter legatum pape, & Gallos ortum diſſidium fuit. Unde chriſtiani a Saracenis moleſtati coaƈti

1221 sunt ipsam Damiatam eis restituere, hoc tamen federe, quod ipsi Saraceni omnes christianos, quos captivos retinebant, liberos demitterent.

199. Flavius Blondus († 1463),

Historiarum decades.

[Venet., 1483, in-fol.]

*

Decas II, lib. VII.

[*Pro magna parte sequitur Iohannem de Columpna.*]

1213 Interea principes christiani, quos tertij Innocentij diligentia p. xj r.
& Lateranensis concilij decreta ad Hierosolyme liberationem
inflammaverant, in magnum conierant exercitum, qui partim
terra partim mari Constantinopolim, & inde cardinale
1217 Columna, sedis apostolice legato, deducente, Acconem se
contulerant, fueruntque primarij inter eos proceres Andreas,
Hungarie rex, Venetorum navigio fretus, quod libenter
dederant, quia ius eis cessit, quod in omni Dalmatia regnum
Hungarie ad eam diem habuerat, & dux Austrie, Henricusque Nivernensis comes, & Gualterius regis Francie came-
1218 rarius. Quibus Ioanni Hierosolyme regi coniunctis, in concilio actum est, Damiatam Egypti, urbem Nilo contiguam, ut primam omnium caperent, adnitendum. Ea enim in potestate facta apparebat Cayrum & Babylonem contiguas urbes amplissimas & commode obsideri posse & interclusas commeatu facillime expugnari, quo Soldanorum gèntis sarracene principum domicilio in christianorum potestatem facto futurum confidebant, ut omnis ea barbaries sarracena non solum Hierosolyma & Terra Sancta, sed orbe ipso terrarum exterminaretur. Itum est itaque non magis cupientissimis quam confidentibus procerum militumque animis, & mense
Mai. Maio anni salutis duodevigesimi & duodecies centeni Damiate obsidio inchoata, ea civitas olim Heliopolis a Pertinace Helio conditore appellata, triplici murorum latericio densissimorum munimento cingitur, quam Nili amnis particula ad romani Tyberis magnitudinem ambit, ut insulam, sed oblongam arctamque, efficiat. Turris erat pharea, non

quidem craſſitudine & celſitudine illi ſimilis, quam ad Pha- 1218
ron & Nilum, ſtante romano imperio, fuiſſe legimus, ſed que ſuburbium & mercatorum apothecas ac publica horrea pyratis nocturniſque predonibus tutaretur.

Quamobrem ſub noſtri exercitus acceſſum addidit Soldanus ſuburbio utrique preſidia & munitiones undique inſtauravit. Eas dum noſtri oppugnant munitiones turrimque undique machinis quatiunt, multi per dies ſingulos cecidere, cum tamen ea maiori barbarie occiſio committeretur, evicitque fortiſſimorum ex omni pervicia alternis pugnantium noſtrorum virtus, & ſuperatis munitionibus acceptum cedis damnum decuplo hoſti redditum [eſt]. Annona vero in horreis mercimoniaque reperta in apothecis cum militi conceſſa fuere, opulentia chriſtianorum caſtra ſimul & leticia ſunt repleta. Hyems iam plane media erat, & Nilus, quem a conſueta inundatione per id temporis timeri non oportuit, ab maris iſlatione, quam eurus maximus invexit, ripas egreſſus eſt, adeo ut unda maris immenſa ſublata, de amnis redundantia noſtrorum caſtra pervaſerit. Unde impedimentorum iactura facta & commeatuum pars maxima corrupta eſt. Cui malo remedia deſuper adeo cardinalis legatus & epiſcopi ſacerdoteſque querenda eſſe iuſſerunt. Eoque finito ieiunio maris tranquillitas eſt ſecuta, quo iterum die maior Dei benignitate victorie ſpes chriſtianis ex improviſo affluxit. Soldani caſtra, que ſuum noſtro maiorem exercitum ſervabant, a chriſtianorum caſtris & ab ipſa urbe Damiata fluvio, de quo diximus, tenuiore dirimebantur, que tamen ad mille paſſus ab ipſo diſtantia fluvio Nili integri ripe erant appoſita, unde preſidia in urbem nunciosque mittendi facultas ſoldano maxima erat, quod ſcaphe in fluvio diſpoſite & ex urbe in illius caſtra dimitterentur & venientes noctu ac interdum introducerent: quas illico ſubductas nullo noſtri navigio poterant intercipere. Ea re intellecta inceſſit noſtros milites libido inſpiciendi, ſique poſſet urbs unica obſidione ultra citraque fluvium circumdari: quos cum vidiſſet in alteram traductos ripam ſoldanus
p. xj v. amentia potius quam pavore perterritus eſt: pauciſque dimiſſis exploratoribus, qui progreſſos inſpicerent, ſibique renunciarent, caſtra fugiens impedimentis commeatuque plena reliquit. Videnteſque fugientem continuato agmine denſiſſimo barbarum chriſtiani milites trans amnem agentes, per ſe quidnam ea ſibi vellet proiectio, inſpecturi, propius

1219 accessere; pars commissam ab hoste fugam & castra, ut erant integra, capi posse christianis ducibus renunciarunt. Qui ratibus ad id pridem paratis amnem transmiserunt; & reperta in hostium castris annona impedimentis quoque ac ditioris apparatus supellectili exercitus christianus magis quam prius ad turriphaream est repletus. Alteris subinde castris ad eam partem positis, que prius ponte iunxerunt, Damiata undique est obsessa. Eam soldani fugam, eos christianorum successus cum audisset Corradinus, Saladini olim filius, Hierosolyme ultra retinende spem abiecit. Quam ne christiani captam retinere possent, desolare constituit: qui tamen a sepulchro Domini nostri Iesu Christi violando scelestas continuit manus; causam vero sepulchri templique intacti, quam nonnulli afferunt delate tante christiane religionis venerationi omittimus, magisque credimus, Surianos, Ethyopas, Armenios, Georgianos & alios Asie christianos Hierosolymam incolentes multos numero & magnis subditos Asie & Aphrice principibus ea loca dirui comminuique prohibuisse, quorum ratione & causa eam incolerent civitatem, eorumque desiderium sic Sarracenos vel invitos acquievisset, sicut eosdem suspectissimos invisosque omni tempore coguntur tolerare. Castris, ut diximus, ad Damiatam undique terra communitis, Niloque fluvio classis est addita, & vinee adacte, castella excitata, machinisque oppugnatione sepissime intentata, nec magis probe agitata extrinsecus urbs prevalida, quam fortiter intrinsecus defensata est. Primaque estas & hyems
Iun. verque subsecutum eo more ad Damiatam actum. Ad Iunium vero alterius estatis mensem soldanus medio inter Babylonem Damiatamque spatio castra habuit communita inumero exercitu redundantia: nec ullis adduci poterat irritationibus, nullis nostrorum artibus, ut pugne copiam vellet facere. Tandem soli ex christianorum exercitu gallici proceres hostis ignaviam aliquo, ut dixerunt, ingenti dedecore aut damno afficere constituerunt. Ioannesque, Hierosolyme rex, tanquam gallicus magis quam dux exercitus illorum audaciam temeritatemque secutus est. Facti in conspectum hostis structa acie gallici probra in hostem dictis gesticulationibusque iactavere: vallum aliquando scandere comminati, & partem esse nostrorum exercitus minimam, Sarraceni de propugnaculis in campestri solo faciliter recognoscebant. Quare facta de repente & magnis clamoribus, ut est gentis mos, eruptione Gallorum inso-

lentiam levitatemque castigavere multis eorum cesis, plurimis 1219
interceptis, in quibus Gualterius regis Francie camerarius, Milo Nantoliensis & vicecomes Sancte Susanne ditiores potentioresque fuere. Et Ioannes rex igne, ut appellant, greco afflatus, quod facibus tragulisque Sarraceni immittere consueverunt, manus faciemque combustus est. Quievere postmodum christiani; fuitque exemplo Gallorum, ut neminem ultra nostrorum militum libido ceperit nedum Soldanum, sed ne in obsessos pugnam ineundi. Ea enim urbs, sicut docuimus, munitissima, nunquam in oppugnationibus capi potuisset, que & commeatibus abundabat, sed pestilentia ingens ipsam mirandum in modum populata est. Quod quidem christianos latuisse, ut credo, adduci nequivissem, nisi apud omnes scriptores id constare viderem. Forte ad quintum mensem quum Gallici in Soldanum male pugnaverant, pauci milites christiani Damiate portas propius accesserunt, quid in urbe ageretur
p. xij r. exploraturi, silentioque, quod ubique in propugnaculis esset, admoniti sunt, aut custodes altum sopitos esse, aut alium per errorem omnino abesse. Quare pedetentim referentes socios advocant scalasque semper in pretorio ad id paratas conportant, quibus in propugnacula porte faciliter est conscensum. Et nemine obsistente, aut clamore eos prodente, cohors integra portam tenuit, quam dum securibus malleisque refringunt: accurrentes, qui ex Sarracenis strepitum sonitumque primi exaudiverant, confossi: christianique interim patente ingressi porta urbe potiti sunt; anno tandem dimidio atque integro, postquam fuerat obsessa, quem nonarum Novembris Nov. 6
sextum diem fuisse constat. Ingressi urbem christiani, insidias primo dolumve ab hoste structum suspicabantur: quod neminem in plateis obvium, neminem in tectis aut ad fenestras se prospicere videbant. Sed intellecta est statim urbis deserte calamitas, quod platee passim vicique omnes & edium atria cadaveribus utriusque sexus omnisque etatis hominum contegebantur, & qui in domibus vivi sunt reperti, aut ipso languebant morbo, aut salutem sibi a langoris simulatione querebant. Fuere autem omnes iam integra quam mala valetudine viventes tria virorum millia, cum obsidionis principio fuissent septuaginta. Portis ubique munitionibusque christiano militi ad custodiam attributis, vicit in consilio sententia, tamdiu in castris commorandum, quousque purgata cadaveribus emundataque urbs visa esset salubritatem aëris recepisse. Concef-

1219 saque est ob eam maxime rem Sarracenis salus, ut purgationis munus curamque susciperent. Prima vero omnium machonaria urbis primaria in gloriose Virginis Dei & Salvatoris nostri Iesu genitricis ecclesiam instaurata, ac in episcopium dedicata est. Eam urbem captam esse intelligens Soldanus, castris incensis Cayrum se Babylonemque recepit, & christiani
1220 sub ipsum veris initium urbem ad aëris sanitatem redactam
Febr. 1 kalendis Februariis sunt ingressi. Posteroque die cardinalis Columna legatus cum episcopis & ingentis numeri clero solenni pompa gloriosissime Virginis purificationem ardentibus non magis in ecclesia quam per vicos & plateas candelis & cereis celebravere. Habuit per id tempus Damiata amplissime opulentissimeque civitatis speciem: reptamque in ea rerum omnium copiam auri argentique & ditissime supellectilis in maxima legatus regesque & duces exercitus militi christiano equa distributione largiti sunt; quin etiam de agrorum divisione in tempore facienda actum est; cunctis existimantibus fore, ut Soldano Babylonie deturbato milites, qui domos supellectilemque accepissent, in eius colonia, dato nomine, ascribi paterentur.

Duobus cum annis iterim, quibus Petrus Autisiodorensis imperator Constantinopolitanus in Theodori ducis Dirachini carcere agebat, Ioles uxor imperium administraverat, que ad eos ferme dies, per quos Damiata in christianorum potestatem facta est diem obiit ...... Cardinalis enim Columna, legatus apostolicus, & Andreas, rex Hungarie, & p. xij v.
ceteri proceres in bonam venerant spem, fore, ut Soldanum Sarracenosque brevi conficerent, quibus intentandis rebus id solum more intercessit, quod Ioannes, Hierosolyme rex, plus sibi quam deceret arrogans, parum considerabat, & si urbs Damiata suo subiicienda erat regno, deferendum tamen a se cardinali & Hungarorum regi quantisper esse, nec omnia illis presentibus inconsultisque ex arbitrio imperandam, cuius rei, cum esset aliquando a cardinali modestissime admonitus, Hierosolymam brevi, ut dixit, rediturus accessit, quem multi milites sunt secuti, nec priusquam terque quaterque rogatus, ut rediret, adduci potuit. Interim estas ac hyems prima habitate a nostris Damiate exacta est.
1221 Verque ad eius reditum in alteram estatem abibat. Eo postea presente, cum de rebus agendis consilium haberetur, placuit omnibus, in Cayrum Babylonemque ducendum. Ad quas

urbes Soldanus omnes prope Sarracenorum copias contraxerat. 1221
Facta tamen apud Damiatam diuturnior mora utilis vel ea ratione visa est fuisse, quod capte illius fama multos ex Europa milites illuc traxerat a Veneta, Genuensi & Pisana classibus transportatos. Ductum est in hostem ad ipsas Iulij mensis Iul. 15
idus. Nilo amne preter illum, de quo sepe diximus, Damiate proximum priusquam Babylona Damiata adeatur, alter derivatur fluvius, cui Soldanus pontem imposuerat navibus constructum, quo posset facilius in nostros Damiate agentes ducere. Eum pontem modicum servatum presidio cum nostri occupassent, paululum progressi sunt. Postridie apostolorum Iun. 29
Petri & Pauli nativitate celebri castra sunt posita passus tria millia a Babylone Cayroque semota, & cum annonam in duos suffecturam menses carris secum iumentisque detulissent, classis etiam adverso ductam Nilo tantandem adduxerat, ut innumeri apud Babylonem Cayrumque amplissimas urbes coacti barbari ab annona prius quam christiani milites viderentur laboraturi; spes itaque vincendi nostros solidissima hortabatur inde futura, ut videbatur, certior, quo celerius contingeret depugnari. Hic tentatus sepe hostis sepe ad prodeundum in aciem provocatus est, qui metu & pavore simulato per dies singulos maiorem perniciem in nostros inauditam machinabatur; Nilum amnem, cum Babylonem Cayrumque preterlapsus est, undique coercent ripe elevatiores alicubi pro soli necessitate, alicubi depressiores catharate, que certa spatiorum proportione in regionibus sunt disposite, de quibus agri constituto tempore inundantur. Postquam igitur christiani duos in castris desederant menses, incursionibus populationibusque satiati, occasio diu expectata Soldano obvenit Nili in summas ripas solito citius tumefacti, qua fretus occasione catharatas ubique non magis amoveri, quam ripas ad amnis fundum defodi curavit, cooperueruntque illico regionem, atque ut christianorum castris, ubi solum natura aut congesta terra elevatius erat, cubiti altitudinem superarent.
p. xiij r. Iumentis vero sublata inprimis pascendi facultas, & quod in castris paratum erat, destructum est stramen; tum nec aliquid fuit salvum, quo mortales potuerint vel triduo substentari. In eam adducti rerum difficultatem christiani alia quoque angebantur maiore; quod redituri Damiatam altiores alicubi depressis locis aquas incidere verebantur, ut nulla via nisi per Nili aggeres tuta ab aquarum periculo videretur, quam

1221 hostis armatus & alicubi aggere & fossa communitam ita obtinebat, ut prelio videretur periculosissimo deturbaturus. Petitam itaque missis oratoribus pacem christiani his conditionibus impetravere, ut Damiata cum rebus in ea repertis Soldano dimissa, partemque ligni crucis, quam ille haberet, redderet, & captivis vicissim liberatis, christiani Acconem Tyrumque redirent. Quibus urbibus & earum oppidis pax octo annis esset cum Turco Sarracenoque servanda. Que igitur in gloriose
Febr. 2 Virginis purificatione habitari cepta est Damiata; ad eiusdem
Septemb. 8 nativitatis diem reddita barbarorum spurcitie inquinanda. Is annus salutis erat primus vicesimus duodeciesque centenus.

200. LAURENTIUS BONINCONTRIUS,

Historia Sicula (c. 1475).

[Lamius, *Deliciæ eruditorum*, Flor., 1739, in-12, t. V.]

*

[*Primo (p. 290-292) sequitur Flavium Blondum, tum pergit.*]

1219 Interea Saladinus sua castra inter Damiatam, & Carram p. 292
locaverat; qui etsi sepius provocatus a nostris, in certamenque adiectus, tamen pugnam detrectans, castrorum munitionibus se continebat. Sed tandem a Gallis militibus asperius infestatus, eruptione facta, Gualterium eorum ducem & plures christianorum nobiles intercepit; & Iohanni regi manibus facieque combusta fedam eius corporis formam effecit. Fame deinde, & pestilentia in urbe exorta, civibusque pene omnibus absumtis, insequenti anno, Damiata a nostris capta est. Tria & septuaginta hominum millia supra centum, quum urbs obsideri ceperat, in castris christianorum fuisse feruntur.
Urbs ditissima eos tantum qui superfuerant ditavit, sed ea p. 293
non prius inhabitata a nostris est, quam cadaveribus expurgata; idque operis barbaris concessere . . . .
Cardinalis Columna, quem legatum a pontifice in Asiam p. 294
memoravimus, quum Ioannem superbe nimis rem administrantem increparet, is non ferens eius monitus Ierusalem abiit.

[*Quæ abhinc sequuntur, iterum e Flavij Blondi* Decadibus *exscripta sunt.*]

201. Boninus Mombritius,

Sanctuarium seu vitæ Sanctorum.

[Mediol., 1479, in-fol.]

*

f. 301 [*Sequitur s. Bonaventuræ* Vitam s. Francisci, *supra p.* 249-251.]

202. Petrus Ranzanus,

Epitome rerum Hungaricarum (c. 1480?).

[Schwandtner, *SS. RR. Hungaricarum*, I.]

*

De Andrea II, Bela IV, eiusque filia b. Margaritha, & filio Stephano, rege.

p. 378 Anno Domini 1217. Iam tepescere ceperunt predicatores itineris Hierosolimitani propter mortem Innocentij pape. Sane episcopus Halberstatensis & magister Cuonradus de Marburc in inferioribus partibus & magister Salomon Herbipolensis in superioribus adhuc insistebant huic negotio. Honorius quoque papa in civitate Romana predicabat & testificabatur in ipsa sua predicatione, quod tempore sui sacerdotij recuperanda esset a christianis civitas Hierosolyma, quod ex tali prodigio dicebat sibi constare: Quia, cum olim fuisset procurator cuiusdam cardinalis, Iacinti videlicet, qui postmodum fuit Celestinus papa, contigit, ut idem Iacintus a Clemente papa mitteretur in legatione ad partes Hispaniarum; cumque se prepararet ad iter & non haberet pecunias, misit Honorium procuratorem suum, qui tunc Cencius dicebatur, per civitatem Romanam, quatenus mutuo acciperet sibi pecunias pro expensis & ad expediendum iter necessarias. Cumque ad plures requireret pecunias, contigit, ut in quodam loco sibi soli eunti & sollicitanti occurreret quidam vir grandevus, reverendus & honorabilis in persona. Qui dum quereret ab eo, quare tam sollicitus & anxius ambularet per viam, causam itineris sui significavit eidem. Tunc ille respondit sibi dicens: « Revertere, quia dominus tuus « tempore isto non ibit in Hispaniam. » Cui Cencius ammirans respondit: « Quomodo hoc, pater bone, poteris scire? » Cui ille respondit: « Ita scias hoc esse verum, sicut verum 1217

1217 « est, quod papa morietur & dominus tuus ei substituetur. » Cumque de hoc nulla spes haberetur ab ipso aut ab aliis, respondit, se hoc vix posse credere. Tunc vir ille rursus dixit: « Scias, hoc ita esse verum, sicut verum est, quod « hodie civitas Hierosolimitana a Sarracenis est capta nec ab « ipsis poterit liberari usque ad tempora tui pontificatus Ro- « mani, & tunc liberabitur. » His dictis disparuit vir ille.

Cum esset corpore infirmus ex senio & ultra modum de- p. 379
bilis, affirmabat, firmiter se credere, civitatem sanctam in brevi esse recuperandam. Quo rumore plurimi Romanorum excitati cruce sunt signati. Fama quoque huius rumoris per Alamanniam divulgata multos ad sumendam crucem animavit.

Predicatores quoque his temporibus multa alia asserebant contigisse signa in celo & in terra, que longum esset enumerare & huic brevitate annectere.

1218 Anno Domini 1218..... Et quia dispositum fuerat in
Iul. 1 concilio generali, ut eo anno in Kalend. Iulij cruce signati iter arriperent, multi de partibus Alamannie proficiscuntur. Ast ne pergant, in civitatibus Apulie impediuntur, sed auctoritate sedis apostolice votum eorum differtur & inutilibus remittitur per compensationem.

123 *bis. Liber fundationis monast. Zwetlensis* (— 1311).

[*Fontes rerum Austr.*, *Diplom. & Acta*, II, Wien, 1851.]

*

De morte autem dilectissimi fundatoris nostri domini Had- p. 96
mari secundi de Chunring scribere cogimur inviti, qui post tot & tanta beneficia monasterio nostro impensa hoc modo noscitur migrasse de hoc seculo. Postquam dominus Innocentius papa tercius generale concilium celebravit, commune passagium versus Ierusalem in universali ecclesia fieri mandavit, in quo mandato fundator noster fidelissimus Had-
1217 marus secundus cruce signatus est. Cum autem iter versus Ierusalem in transmarinas partes arripere vellet, fertur quod capitulum monachorum in Zwetel a fratribus & monachis & abbate licentiam recepturus intravit, duosque filios suos seniores, videlicet Hainricum & Hadmarum, in idem capitulum

monachorum cum multis lacrimis secum adduxit. Post hec 1217
autem eiulando & flendo totam congregationem huius loco
p. 97 singultibus & fletibus intermixtis, vix tandem sic allocutus
est. « Scio de vero quod hanc domum nunquam de cetero
« visurus sum in hoc mortali corpore & fundationem meam &
« progenitorum meorum nunquam de cetero perspecturus. » Ad
quam vocem cum omnes in capitulo existentes, tam senes
quam iuvenes, ubertim lacrimas emitterent, filios suos predictos sic est cum multis fletibus allocutus: « Adiuro vos per
« tremendum diem iudicij, ne vos aut omnis posteritas vestra
« velitis violare fidem huic domui gloriose Virgini dedicate &
« a progenitoribus vestris tam strenue & fideliter gubernate,
« sed in omnibus fidem integram huic domui conservetis &
« pro hoc mercedem eternam sine dubio recipietis. Quod si
« vos aut successores vestri secus feceritis, ultio divina vos pro-
« tinus subsequetur & inultos obire non pacietur. » Et hiis dictis cingulo optimo argentato & inaurato quo accinctus erat
subito se discinxit & seniori filio nomine Hainrico eundem
cingulum tradidit, hiis & similibus verbis adiunctis: « Ecce
« ab hac sancta domo & congregatione me exonero & hoc onus
« defensionis tibi, dilecte fili, impono, quia imminente morte
« heu hanc domum quam totis viribus cordis dilexi & diligo
« invitus deserere cogor. Hanc tu quasi cor tuum & animam
« dilige & in signum tante dilectionis hunc cingulum accipe
« quo precordialiter accinctus dilectionem iam tibi commen-
« datam nullatenus obliviscaris, quatenus eterna pace cum om-
« nibus sanctis fruaris. » Et hoc facto iuniorem filium nomine
Hadmarum, tradito ei aureo anulo optimo, sic dulciter est
affatus: « Ecce, fili karissime, nomen meum habes, os meum &
« caro mea es, commendo tibi hanc domum & congregationem
« quam fideliter amplectens & prosequens eternam habeas
« mansionem & in signum tante dilectionis erga hanc domum
« habere debes, trado tibi hunc anulum in signum & arram
« dilectionis. » Ad quod factum cum omnes qui aderant eiulatu magno flerent, piissimus fundator noster Hadmarus congregationem alloquens sic subiunxit: « Commendo vobis, dilec-
p. 98 « tissimi patres & fratres, animam meam, ut si forte corpus
« meum habere non poteritis, saltem anime mee non oblivisca-
« mini propter Deum. » Et advocans in capitulum monachorum quosdam de secretariis suis qui secum ituri erant versus
Ierosolimam, sic eos coram cunctis fratribus Zwetlensis con-

1217 gregationis medullitus eſt affatus : « O amantiſſimi & dilectiſ-
« ſimi mihi qui mecum in longum exilium propter regnum
« celorum eſtis ituri & meam mortem forſitan inſpecturi,
« adiuro vos per tremendum diem iudicij, ut ſi corpuſculum
« meum ad hunc locum fundationis mee forſitan reducere non
« poſſitis, ſaltem cor meum & dexteram manum, ad hunc
« locum mihi dilectiſſimum reducere velitis. Scio enim, quod
« poſt mortem meam hec domus tam hylarem datorem & tam
« benivolum cordis proſecutorem difficile poterit habere & ſub
« tam fideli protectione gaudere. » Poſt hanc vocem cum om-
nes medulitus flerent, omnibus, tam ſenibus quam iuvenibus
valefecit & de capitulo ſic exiens, coram altari beate Virginis
in venia proſtratus devotionem cordis ſui Deo per orationes
intimas patefecit.

Poſtquam autem ab oratione ſurrexit monaſterium exiens
& ſe crebro vertens ingeminatis ſingultibus retroſpexit. Cum
autem ante portam monaſterij exteriorem proſequentibus
eum abbate monachis & converſis ſic flens & eiulans, exi-
viſſet, & ſe Deo & beate Virgini crebrius commendaſſet,
equum ſuum merens flens & eiulans aſcendit & abire
cepit. Cum autem ad locum ſuperiorem monaſterij qui
Gaizruk dicitur perveniſſet, & ſe crebrius ad videndum
monaſterium in equo vertiſſet, fertur quod in eodem
loco, cum viſio monaſterij pene iam decreſceret, iterum
de equo deſcendit & multis lacrimis in terram procidens
monaſterium Deo & beate Virgini iterum atque ite-
rum commendavit. In itinere autem quidam eum ammonere
cepit dicens quod domus hoſpitum in Zwetl imperfecta re-
manſiſſet & in conſtructione completa non eſſet. Ad cuius
vocem vir laudabilis eſt turbatus, & ſic eundem virum eſt
affatus. « Accipe, dilectiſſime, has ſeptem marcas auri & in
« Zwetlam per certum nuncium remittas, ut cum hiis ſump- p. 99
« tibus domus hoſpitum perficiatur & mei memoria ibidem in
« hoc opere cum aliis bonis operibus habeatur. » Quod &
factum eſt. At poſtquam ad mare dilectiſſimus fundator noſ-
ter perveniſſet & tranſnavigare diſpoſuiſſet, mare intumuit
& fremuit & fundator noſter navem intrare timuit. Sed cum
a nautis hortaretur, ut navem cum aliis intraret, quia iam
dies eadem ſe quaſi ad veſperam inclinaret, rogabat nautas,
ut ſaltem uſque ad medium noctis navigare different & pro
ſedatione maris una ſecum Dominum exorarent.

Addiditque de vero ſe ſcire, quia cum monachi ſui in Zwetla 1217
ad matutinas ſurgere circa medium noctis inciperent & pro eo ad Dominum intercederent mare a fremitu & tempeſtate ceſſaret & eos abire permitteret, nec fruſtratus a ſpe ſua, ſed ſicut eſt locutus ſic circa medium noctis effectus orationis eſt eum miſericorditer proſecutus. Factaque tranquillitate navim aſcendit & ſic verſus Ieroſolimam tendit. Factum eſt autem cum in tranſmarinis partibus eſſet, quod inciperet egrotare & beatam Virginem invocare & Deo animam ſuam orationibus commendare. Cum autem ſicut bonus catholicus ſacramenta eccleſiaſtica percepiſſet & de oſſibus in Zwetlam reducendis ſicut Ioſeph patriarcha mandaſſet in vigilia beate Marie Magdalene Deo & beate Marie virgini ſuum ſpiritum commendavit, ſicque bono fine animam exalavit. Obiit autem
anno Domini MCCXVII, videlicet xij. Kal. Auguſti, hoc eſt 1217
in vigilia beate Marie Magdalene, famuli autem eius ſicut Iul. 16
eos vivus adiuraverat manum eius dexteram cum corde ſervaverunt, corpuſque eius excoquentes oſſa collegerunt, & hec omnia cum maximo labore in Zwetlenſe monaſterium detulerunt & ea in capitulo monachorum cum multis lacrimis ſepelierunt. Laboravit autem conventus Zwetlenſis una cum abbate eiuſdem loci, ut dies anniverſarius eius videlicet in vigilia beate Marie Magdalene a generali capitulo obtentus devotius peragatur & in ipſa die non ſolum ipſius
p. 100 Hadmari ſecundi, verum etiam primi fundatoris & omnium huius loci fundatorum in ſimul celebretur & eorum memoria cum vigiliis & miſſis & aliis orationibus haberetur. Quod uſque hodie in Zwetlenſi monaſterio perſeverat ad laudem Dei qui per omnia ſecula vivit & regnat. Amen. *Explicit liber primus de fundatoribus Zwetlenſis monaſterij.*

Incipit liber ſecundus.

Poſtquam de fideliſſimi fundatoris noſtri ſecundi Hadmari morte lacrimoſa non ſine lacrimis deſcripſimus ſicut nobis ſeniores monaſterij noſtri etiam cum lacrimis aſſertione veridica retulerunt de filiis eiuſdem ſolertiſſimi Hadmari de Chunnring, qui ut ſperatur optimo fine deceſſit & in capitulo monaſterij noſtri, ubi pater eius dominus Albero de Chunnring etiam requieſcit, de tranſmarinis partibus transferri &

ſepeliri mandavit oſſa ſua nimia anxietate perturbati ſcribere etiam de filiis ſuis cogimur & inviti.

105 *a*. Cæsarius Heisterbacensis.

Octo libri miraculorum (*fragmentum*).

[*Codex ſ. Maxim. Trevirenſ.*, ed. Alex. Kaufmann, *Cæſarius von Heiſterbach*, Köln, 1861, in-8.]

*

1221 Cum, peccatis noſtris exigentibus, Damiata reddita fuiſſet in manus Saracenorum, peregrini ad reditum ſe preparantes diverſas naves ingreſſi ſunt. Frater Henricus, nunc monachus noſter, tunc canonicus Sanctorum Apoſtolorum in Colonia, cuius relatione que dicturus ſum didici, cum aliis honeſtis clericis, diverſarum eccleſiarum canonicis atque prelatis & multitudine copioſa laicorum in navim quandam Venetianam devenit, quibus navigatio cepit eſſe tam moroſa atque laborioſa, ut iter trium dierum vix in tribus hebdomadis conficerent. Tanto enim tempore exeuntes a portu Damiate pervenerunt in inſulam Cyprum, a qua exeuntes ſpe clementioris aure tanta perpeſſi ſunt adverſa ut omnia elementa eos impugnare viderentur. Erat eis celum quaſi ereum ſplendorem ſolis & ſtellarum ſepiſſime ſubtrahendo, aër ventos validiſſimos excitando, mare carinam procellis horribiliter nimis conquaſſando, terra obiectis rupibus navi rupturam hominibuſque mortem minitando. Si anchoras miſerunt, in terra non potuerunt infigi vel infixa nulla vi retrahi, ita ut plures abſcinderentur, cumque in his omnibus tribularentur & cibariis deficientibus eſſent in deſperatione, contigit, ut die quadam ſacerdos aliquis de Venetia corpus Domini in pixide deferret ad communicandum infirmum. Quod ubi Henricus predictus vidit, interrogavit, ſi corpus Chriſti portaret. Cui ille reſpondit: « Etiam. » « Utinam, » inquit, « hactenus ſervatum eſt? » Reſpondente ſacerdote: « In tali « arca, » ſubiunxit Henricus: « Merito nos punit Deus; non « enim licet habere in navi. »

Preterea arca eadem erat minus honeſta & tali loco poſita, ut naucleri ſuper eam frequenter ambularent, ſederent & teſſerorum ludos exercerent. Sacerdote defendente culpam ſuam

p. 183
p. 184

delatum est verbum ad clerum. Qui omnes in hoc consen- 1221
serunt, nequaquam deberi corpus Domini reservari in navi. Interrogatus de causa decanus Habenbergensis [Babenbergensis], qui presens erat, duas rationes assignavit; unam dicebat esse timorem nausee & vomitus, quos maris iactura provocare solet, alteram eo, quod corpora eiecta frequenter a bubalis devorarentur. In communi ergo penitentiam agentes sequenti die clerici omnes nudis pedibus cum psalmis & letaniis navim intrinsecus circumeuntes, Domino supplicabant hostias residuas personis religiosis ad sumendum distribuentes. Mira Christi pietas, mira virtus sacramenti!

Mox enim ut hec acta sunt, mare stetit a fervore suo, tam prosperam deinceps habentes navigationem, ut intra dies paucas terram apprehenderent. Et ut intelligerent, plagam divinam fuisse, audierunt postea, naves alias, cum quibus a Damiata egressi fuerant, nihil vel modicum habuisse impedimenti.

132*bis*. *Cronica comitum & principum de Clivis & Marca, Gelriæ, Iuliæ & Montium* (— 1392).

[Seibertz, *Quellen der westfäl. Geschichte*, Arnsberg, 1860, II.]

*

p. 189 (Arnoldus comes Clivensis) cum Friderico II imperatore multisque Gallie, Germanie atque Italie proceribus in Syriam profectus est adversus Saracenos & Turcas, Terre Sancte occupatores, pugnaturus, ubi & interiit pro fide catholica fortissime decertans anno 1221. 1221

Etenim anno 1218 inductione pape Honorij ac Friderici 1218
imperatoris, Syriam migrarunt cum exercitu selectissimo principes isti: Andreas, rex Hungarie, Lupoldus Austrie, Henricus Brabantie, Ludowicus Bavarie duces; Walterus camerarius regis Francie, Baldewinus Flandrie, Henricus Namurcensis, Henricus S. Pauli, Henricus Nivernensis, Arnoldus Clivensis, Gerhardus Iuliacensis, Gerhardus Gelrie, Henricus de Monte, Lossensis, de Nassawe, de Spanheim & Seyn comites; Moravie quoque, Badensis & Montisferrati marchiones, Siffridus Maguntinensis, Otto de Benthem Monasteriensis, Leodiensis, Herbipolensis, Argentinensis,

Bambergensis, Patavinus & Eystatensis episcopi. Isti omnes cum Pelagio, apostolice sedis legato, Syriam applicantes Damiatam, urbem prepotentem, Niloque flumine circumcinctam, obsidione vallarunt, quam & inedia, pestilentia, multisque impugnationibus attritam & desolatam anno sequenti
1219 ceperunt. Consilio insuper inito de ulteriori in Egyptum profectione, Ioannes rex Ierusalem censuit non esse progrediendum, propter instantem Nili exuberantiam ad interiores Egypti regiones. Legatus autem apostolicus contrarium p. 190
1221 definivit; cuius sententia prevalente, candidissimus cruce signatorum exercitus, ad ulteriora Egypti loca movens, post duos menses aquis Nili per totam Egyptum discurrentibus adeo coarctatus & circumdatus est, quod nec procedere nec retrocedere potuerat, neque victualia inferri poterant; quare cum Sarracenorum soldano componentes christiani
1221 Damiatam restituerunt anno 1221.

(Gerhardus comes Iuliacensis) hinc cruce signatus est & p. 191
fidei devotione invalescens in Syriam cum ceteris Germanie proceribus profectus est.

132*ter*. *Annales S. Stephani Frisingenses* (— 1412).

[*Mon. Germ.*, *SS.*, XIII.]

*

1217 Rex Ungarie, dux Austrie & multi alij principes ex omni (?) p. 56
Romano imperio Ierosolimitanum iter arripiunt, insuper ex aliis regnis, ex Anglia, Hispania, Dania reges & principes & innumerabilis multitudo crucem acceperunt.

137*bis*. *Gesta abbatum Bergensium* (— 1495).

[Holstein in: *Geschichtsblätter für Stadt und Land Magdeburg*, Magdeb., 1870, V.]

*

1217 Iste (abbas Henricus) etiam deductus devotione crucem p. 382
suscepit & ad terram sanctam profectus est, ipse vero in reditu veniens ad monasterium sancti Benedicti in monte Cassino,

ad aliquot dies ibidem mansit & in lectum incidens egritudine & febre correptus simul & senio ultimum spiritum reddidit Domino & sepultus ibidem anno Domini MCCXVIII, 1218
iv calend. Aprilis. Mart. 29

144*bis*. Thomas Kantzow († 1543),

Pomerania.

[Ed. Kosegarten, Greifswald, 1816, in-8, I.]

*

p. 223 Nun hette aber hertzogk Cassemyr grosse lust und verlangen, das er mochte das heilige landt besuchen, und die stelle beschawen da Christus leibhaftig in seiner menschheit inne gewandlet hette und ist darumb im jar 1217 mit stattlicher gesellschaft hingezogen. Und wie er alles nach seinem gefallen gesehen hette, und wieder anheim zihen wollte, ist er plötzlich daselbst kranck geworden und gestorben, und hat mit seiner gemahel Ingarden nhur einen sohn, Wartislaffen den dritten, nachgelassen. 1217

Versio.

Quum igitur dux Casimirus ardenter cuperet, ut Terram Sanctam visitaret, loca aspecturus, in quibus Christus vere homo versatus fuerit, anno MCCXVII permultis comitantibus illuc profectus est. Sed quum omnibus rite cognitis dominus rediturus esset, subito ibi morbo affectus & mortuus est; unum tantummodo filium, quem ei uxor Irmgarde pepererat, Vratislavium tertium, reliquit.

* * *

VII

TESTIMONIA IN ITALIA SCRIPTA.

* * *

171 *bis*. *Annales Florentini II* (— 1247).

[Hartwig, *Quellen und Erörterungen zur Geschichte der Stadt Florenz*, 1880, in-4, II.]

*

p. 41 1218. Magnus exercitus ivit ultra mare & imperator Otto mortuus eſt.

1220. Damiata capta eſt a chriſtianis & in alio anno perdita templariorum culpa.

171 *ter*. *Chronicon Siculum* (— 1250).

[H. Bréholles, *Hiſt. diplom. Friderici Secundi*, I, *B.*]

*

p. 895 Anno dominice incarnationis MCCXXI, in menſe Au- 1221
guſti, none indictionis, exigentibus peccatis chriſtianorum in Aug.
Egypto, non imminente aliqua pugna, a Sarracenis capti fuerunt omnes, exceptis illis qui in Damiata remanſerant: pro quorum liberatione civitas ipſa, videlicet Damiata reſtituta fuit Sarracenis eodem menſe.

180 *bis*. *Geſta Florentinorum I* (— 1308).

[Hartwig, *Quellen und Erörterungen zur Geschichte der Stadt Florenz*, 1880, in-4, II.]

*

p. 273 Nel 1218 li chriſtiani preſero la citta di Damiata e ſtettevi 1218
l'aſſedio più di due anni e ebberla per forza e li Sarraceni verano dentro furono tutti tra preſi e morti.

p. 274 Nel 1221 li Sarraceni riebbero Damiata che sine riebbono 1221
tutti li christiani che aveano presi.

180 *ter*. *Chronicon Cavense* (— 1318).

[Muratori, *SS. RR. Italic.*, VII.]

*

col. 926 1219 capta est a christianis civitas Damiate in festo scilicet S. Leonardi. 1219 Nov. 5

184 *bis*. Simoni della Tosa,

Annali (— 1346).

[Manni, *Cronichette antiche*, Firenze, 1733, in-8.]

*

p. 132 MCCXVIIII. I christiani presono la città di Damiata appresso Onorio 1219
Gesta Flor., papa, e stettivi l'assedio più di due anni, ed ebberla per forza e quelli
supra p. 347 dentro furo tutti morti e presi.

MCCXXI. I Saracini riebbono Damiatta a patti, che se n'uscirono 1221
tutti quegli dentro, e i christiani l'aveano tenuta poco più d'un anno.

189 *bis*. *Gesta Florentinorum II* (— 1393).

[Baluze, *Miscellanea*, ed. Mansi, IV, p. 98.]

*

[*Sequuntur Simonem della Tosa.*]

195 *bis*. Giovanni Sercambi († 1424),

Storia di Lucca.

[Lucca, *Archivio di Stato*, cod. n. 285, membr. autogr., s. XV.]

*

f. 15a Lo anno 1218, li Romani con molti christiani passarono 1218
oltra mare sopra li Saraceni a Demiata, per fare grande hoste,

& il veſchovo Ruberto di Lucca fecce fare una nave & paſſo
1219 collo ſtuola oltra mare . . . . . Et nel ſeguente anno, li chriſtiani ebbeno Damiata de Saraceni & tutti li Saraceni, che erano in la città, furono tramorti & preſi.

1221 Lo anno 1221, li Saraceni riebbeno Damiata & rendenuo tutti li chriſtiani che erano preſi, li quali erano molti.

210 *bis*. SIGISMUNDUS TITIUS, ſenenſis (ſ. XVI ?),

Chronicon.

[*Cit. in* Muratori, *SS. RR. Italic.*, XV.]

*

Muratori (*not.* 8) *ex opere quodam S. Titij hec affert:* col. 21
1220 Guido de Palatio Bandinellus eques ab ultramarinis partibus onuſtus preda & Othone mortuo reverſus palatia magnifica ac turres conſtruxit ex manubiis ac direptionibus Sarracenis factis. A ceteris civibus Turris Cinelli Gallerani, Turris magni Sirij, Turrit Sanſedoniorum, Turriſque Ugurgeriorum ſunt erecte cum Ugurgeriorum palatio iuxta xenodochium de Scala ac conſpicua domus iuxta Saracenorum edes, caſtellum preterea. Eccleſia inſuper S. Iacobi & S. Philippi, eccleſia quoque S. Vigilij, tam eccleſia S. Galgani in meliorem formam reſtituta, monaſterium preterea D. Proſperi ordinis Ciſtercienſium, in quo moniales commorantur, fraternitas etiam S. Crucis. Fervor enim conſ-
1225 truendi ad annum quintum atque vigeſivum duravit.





TABULA CHRONOLOGICA

E

TESTIMONIIS MINORIBUS DE QUINTO BELLO SACRO

desumpta.

* * *

				Pag.
1213.			Innocentius III crucem prædicari iubet	25
»			in Gallia,	35, 52
»			in Anglia &	52
»			*Relationem de viribus Agarenorum* accipit.	92-93
1214.			Robert de Courcon crucem prædicat in Gallia	90
»			& concilium Bituricense convocat;	91
»			Oliverius Scholasticus crucem prædicat in Frisia.	101
»	mart.	4.	Iohannes, rex Angliæ, cruce signatur,	91 (cf. 52)
»	iul.	6.	interdictum in Anglia relaxatur;	335
»	aug.	2.	crux prædicatur Lemovici,	337
»	sept.	8.	apud Kuche,	145
1215.			in aliis locis & terris,	110-111, 128, 136, 182-183
»			ut in Brabantia,	12
»			Gallia	81, 111
»			& Germania.	191
»			Saphadinus christianos in Terra Sancta devincit.	146
»	iul. aug.	3 & 3.	Crucesignati Lemovicenses iter arripiunt;	337
»	iul.	25.	Fridericus II Aquisgrani coronatur.	91
»	nov.		Concilium Lateranense.	26, 262, 263
1216.			Crux prædicatur	40, 196, 197
»			in Belgio,	10, 22, 25, 96, 97, 120, 162-168 171, 173
»			Burgundia,	168
»			Frisia,	10-13, 176
»			Gallia &	22, 25
»			in Germania inferiori.	162-164

				Pag.
1217.	(initio)		Crux prædicatur in Gallia &	330
»			Germania;	339
»			Peregrini iter arripiunt.	5, 77, 152, 153, 179, 185, 186, 190, 192, 193, 195, 198, 199, 213, 214, 252, 259, 261, 265, 266, 291, 292, 315-317, 322, 323, 330, 345-350
»	ian.		Crucesignati Lemovicenses proficiscuntur &	338
»	mart. 26 & mai.	1.	Teutonici;	147, 329
»	mart.-apr.		Andreas rex Ungariæ cum Venetianis pactum facit.	261, 273
»	mai.		Crucesignati Bononienses	266
»	mai.		& Frisones cum Teutonicis iter arripiunt;	148
»	mai.	29.	Guilelmus & Georgius comites navibus vehuntur Dartmudam;	148
»	mai.	30.	Henricus archiepiscopus Mediolanensis ecclesiam S. Eustorgij prædicatoribus concedit.	265
»	iun.	1.	Guilelmus & Georgius comites Dartmudam appelluntur.	148
»	iun.	5.	Crucesignati Leodienses abeunt & classis peregrinorum per mare Britannicum	148, 329
»	iun.	29.	venit ad S. Iacobum in Compostellis atque inde proficiscitur;	148
»	iul.		P. Bru Lemovicensis in itinere moritur.	338
»	iul.	2.	Classis procellis dissipatur.	149
»	iul.	7.	Bertholdus, episcopus Lausannensis, cruce signatur.	161
»	iul.	10.	Classis a S. Iacobo profecta	149
»	iul.	11.	Ulixibonam appellitur.	149
»	iul.	16.	Hademarus de Chunring in peregrinatione moritur.	343
»	iul.	21.	Alcassar obsidione cingitur;	148
»	iul.	26.	Frisones Lusitania proficiscuntur.	149
»	iul.	30.	Alcassar oppugnatur a peregrinis,	149, cf. 329
»	aug.	3.	quibus Lusitanici auxilio veniunt.	149-150; cf. 329
»	aug.	23.	Andreas rex Ungariæ Salonam venit.	230
»	aug.	24.	Peregrini turrim arcis Alcassar diruunt.	150, 196
»	sept.		Alij peregrini ad urbem Accon appelluntur,	26, 27, 35, 92, 97, 98, 126, 128, 131, 134, 136, 138, 147, 148, 181, 184, 214, 225, 237, 240, 248, 273
»	sept.		sed lxvj naves domum redeunt.	237
»	sept.	8.	Alcassar oppugnatur.	147; cf. 214, 215

			Pag.
1217.	ſept. 9.	obſeſſis Mauri ſuccurrunt,	150; cf. 219
»	ſept. 10.	ſed peregrini acie inſtructa	150, 329; cf. 217 (c. ſept. 15)
»	ſept.	Mauros ſplendide vincunt.	150, 222, 223; cf. 211, 215 (ad ſept. 25)
»	oct. 18.	Alcaſſar capitur.	225
»	oct. 21.	Turri altera arcis Alcaſſar expugnata,	151
»	oct. 28.	arx traditur;	147; cf. 212, 215, 226
»	nov. init.	poſtea peregrini Ulixibonam redeunt.	151
»	nov. 9.	Cruceſignati in primo equitatu Iordanum tranſgrediuntur,	98, 253
»	dec. 3.	arcem Tabor fruſtra oppugnant & redituri	6, 98 182, 253
»	dec. 24.	tempeſtate graviſſima vexantur.	98, 253
1218.	ian.	Andreas rex Ungariæ in reditu conſtitutus.	3, 132 139, 255, 281, 292
»	ian.	Hugo rex Cypri in urbe Tripolis moritur	132, 315
»	febr. 1	(falſ.). Arx maritima expugnatur.	241
»	febr. 2.	Feſtum ſ. Mariæ purificationis celebratur in caſtello Cæſareæ.	100, 259
»	mart.	Multi peregrini Accon conveniunt.	101, 253
»	mart. 29.	Henricus, abbas Bergenſis, peregrinus in monte Caſſino moritur.	346-347
»	mart. 31.	Teutonici Ulixibona iter arripiunt,	151
»	april. 5.	Fretum tranſeunt.	151
»	c. april. 8.	Dux Auſtriæ ab urbe Accon proficiſcitur;	182
»	april. 12.	Teutonici procellam patiuntur.	151
»	april. 14.	Ianuenſium nuntij in Galliam mittuntur.	238
»	april. 15.	Teutonici procella graviter vexantur.	151-152
»	mai.	Peregrini ab Accon Damiatam vehuntur.	5-7, 23 27-28, 64, 67, 68, 78, 82, 101, 111, 129 155, 179, 180, 254, 261, 270, 274, 283, 293
»	mai.	Principes Angliæ	51, 60, 62, 63, 64, 67, 68, 69, 72
»	iun. 24.	& Galliæ proficiſcuntur in T. Sanctam.	79, 81, 93
«	iul.	Peregrini multi Teutonici domum remittuntur;	340
»	aug. 1.	Ianuenſium nuntij naulum cum nobilibus Galliæ faciunt.	238
»	aug. 12.	Comes Albertus de Bogen ante Damiatam moritur.	184
»	aug. 21.	Petrus de Caſtello *Epiſtolam principum* Ianuam portat.	238
»	aug. 24.	Arx maritima expugnatur.	13-16, 21, 22, 36-48, 55 179, 182, 244
»	aug. 31.	Saphadinus moritur.	55, 69

			Pag.
1218.	oct. 9.	Pugna Saracenorum.	238
»	oct. 28.	Herveus, comes Nivernenſis, appellitur.	81
»	nov. 8.	Pugna Saracenorum.	239
»	nov. 15- dec. 25.	Cancies obſidetur.	211
»	nov. 29.	Nili inundatio.	55, 82
1219.	circa Natale.	Peregrini Belgici domum redeunt.	3
»	febr. 2	(falſo). Damiata expugnatur.	272
»	febr. 5.	Chriſtiani Nilum tranſeunt.	82
»	mart.	Peregrini Leodienſes domum revertuntur.	3
»	mart. 31.	Clades Saracenorum.	82
»	iun.	Soldanus inter Babylonem & Damiatam caſtrametatur.	276
»	iul. 23.	Ianuenſes x. galeas Damiatam mittunt.	239, 251
»	aug.	Herveus, comes Nivernenſis, redit.	83
»	aug. 29.	Clades chriſtianorum.	3, 4, 68, 78, 79, 83, 84, 94 113, 129, 130, 133, 136, 139 (cf. 172), 239 241, 276, 277, 297
»	nov. 3.	Saër de Quincy in urbe Accon moritur.	63
»	nov. 5.	Damiata expugnatur.	4, 5, 7, 23, 35, 61, 62, 65-67, 77, 79, 96, 97, 126, 127, 129, 135, 140 147, 152, 241, 243, 244, 247, 256, 260, 283, 349
»	nov. 6 & 12	Falſo idem refertur.	277, 282
»	nov. 23.	Tanis capitur;	68, 85, 106, 129
1220.	febr. 2.	Chriſtiani Damiatam ingrediuntur.	86; cf. 278 (febr. 1)
»	mart. 22.	*Epiſtolæ* ex urbe Damiata Leodium aſportantur.	4
»	mart. 27.	Captio Damiatæ celebratur Leodij.	4
»	april. medio.	Curia Francofurtenſis a Friderico habetur.	4
»	mai. 7	*Epiſtolæ* in urbe Damiata ſcriptæ Leodij adveniunt.	4
»	iul.	Matthæus de Apulia Damiatam venit.	109, 203
»	iul. 13.	Bertholdus, epiſcopus Lauſannenſis, moritur.	161
»	c. aug. 1.	Ranulfus, comes Ceſtriæ, domum redit.	65, 72
»	octob.	Corradinus expugnat caſtellum Saphet.	65, 104, 257, 260
»	decemb.	Fridericus Romæ imperator coronatur.	65; cf. 304, 315
1221.	mai.	Dux Bavariæ & Ulricus epiſcopus Pataavienſis Damiatam veniunt,	153, 157, 159, 180, 334
» » »	c. iun. 23. vel iun. 29. vel iul. 15.	Chriſtiani Cahiram obſeſſuri proficiſcuntur,	7, 68 87, 205, 279

			Pag.
1221.	aug.	ſed aqua circumfuſi pacem petunt, 8, 9, 29, 35, 80, 87, 88, 109, 110, 117, 118, 140, 141, 153-155, 158-161, 179-181, 242, 245, 248, 346-350	
»	aug.	Henricum comitem adveniſſe neſcij.	239, 240
»	ſept. 2.	Diſcordia Damiatæ oritur,	89
»	ſept. 8.	& urbs Saracenis redditur. 4, 5, 20, 24, 29, 35, 58, 59, 61-64, 70, 71, 91, 96, 118, 121, 128, 129, 131, 134, 141, 142, 179, 208 (falſo p. 272 : febr. 2; p. 51 : aug. 15; p. 67 & 70: aug. 28; p. 184: ſept. 24)	
»	oƈtob.	Peregrini revertuntur.	344-345
1222.		Iohannes rex in Galliam & Angliam proficiſcitur,	53
»		ceteris nobilibus iam domum reverſis;	316
»		Philippus rex Galliæ teſtamentum facit.	53
»		Ph. de Albineto Ranulfo comiti de clade chriſtianorum ſcribit.	58
»		In inſula Cypro fit terræ motus.	240
1223.		In Anglia regi Hieroſolymitano tributum promittitur.	66
»		P. Wintonienſis epiſcopus & F. de Breaute peregrinationem differunt.	66
1224.		Iohannes rex Coloniæ moratur.	159
1246.		Contra Albigenſes crux prædicatur.	122





INDEX

*

A

B

C

D

E

F

G

H

I

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z




EN TOVT BIEN

SOCIÉTÉ

POUR LA

PUBLICATION DE TEXTES

RELATIFS

A L'HISTOIRE & A LA GÉOGRAPHIE


DE

L'ORIENT LATIN

* * *

STATUTS

1881



Libraires de la Société :

PARIS
ERNEST LEROUX

LEIPZIG
OTTO HARASSOWITZ

Service des souscriptions
& de la distribution des publications :
M. ERNEST LEROUX,
28, rue Bonaparte.

L'Académie des Inscriptions & Belles-Lettres a entrepris, & poursuit avec persévérance la publication du Recueil des historiens des croisades, *œuvre monumentale, destinée désormais à servir de fondement à toute étude historique sérieuse sur l'*ORIENT LATIN *(royaumes de Jérusalem, de Chypre & d'Arménie, principautés d'Antioche & d'Achaïe, empire latin de Constantinople).*

Mais, en dehors de ces textes étendus, &, pour ainsi dire, classiques, il existe, dans les dépôts publics de l'Europe, une grande quantité de documents historiques & géographiques d'ordre secondaire : ces documents, ou encore inédits, ou devenus d'une rareté telle, que certaines pièces de Terre-Sainte *arrivent aujourd'hui à atteindre, dans les ventes publiques, de véritables prix de fantaisie, ne sauraient, avant de longues années, trouver place dans le* Recueil *académique : le plus grand nombre d'ailleurs, & en particulier les pèlerinages en Terre-Sainte, ont été, dès le principe, écartés du plan de cette collection.*

Il a donc semblé qu'il pourrait y avoir une certaine utilité à rassembler & à publier, sur un type & d'après des règles uniformes, ces matériaux divers, dont la simple bibliographie est encore, en partie, à faire, & qui, pourtant, une fois réunis, seront d'un si grand secours, soit pour l'histoire du Moyen-Age, soit même pour l'archéologie biblique.

C'est dans cet esprit, & pour satisfaire à la fois, & aux désirs des bibliophiles, & aux besoins des travailleurs, que s'est formée, en 1875, à l'imitation des clubs anglais, la SOCIÉTÉ DE L'ORIENT LATIN.



SOCIÉTÉ

POUR LA

PUBLICATION DE TEXTES

RELATIFS A L'HISTOIRE ET A LA GÉOGRAPHIE

DE

L'ORIENT LATIN

* * *

I

RÈGLEMENT GÉNÉRAL.

ARTICLE 1. La Société se compose de cinquante *membres titulaires* & de quarante *associés* français ou étrangers.

Art. 2. Les établissements publics de la France & de l'étranger peuvent être inscrits comme *membres titulaires* de la Société, jusqu'à concurrence du nombre de six, & comme *associés* jusqu'à concurrence du nombre de quatre; ils sont représentés au sein de la Société, soit par leurs chefs respectifs, soit par des mandataires, préalablement agréés par le président de la Société.

Art. 3. Au reçu de chacune des distributions spécifiées à l'art. 16, tout *membre titulaire* s'engage à verser une somme de *cinquante* francs, tout *associé* une somme de *trente-cinq* francs.

Art. 4. Les *membres titulaires* & les *associés* non résidant à Paris doivent y être représentés par un correspondant chargé de recevoir, en leur nom, les publications de la Société & de verser leur cotisation annuelle.

Art. 5. Les *membres titulaires* se réunissent, une fois par an, en séance générale, à Paris, dans le mois qui suit les fêtes de Pâques; les associés ont le droit d'assister à cette séance.

Art. 6. Les *membres titulaires*, non résidant à Paris, peuvent se faire représenter dans les assemblées générales, en vertu d'un mandat écrit, adressé en temps utile au secrétaire-trésorier. Ce mandat doit porter le nom d'un des *membres titulaires* résidant ou présents à Paris, auquel il confère une nouvelle voix délibérative; cependant un seul & même *membre titulaire* ne peut réunir en sa personne plus de cinq de ces voix substituées.

Art. 7. Dans cette séance annuelle, la Société procède aux élections en remplacement des *membres titulaires* & des *associés*, décédés ou démissionnaires, à la vérification des comptes de l'exercice précédent, à la désignation des publications de l'exercice suivant.

Art. 8. La Société, en dehors de ses séances, est représentée, d'une façon permanente, par un Comité de direction. Ce Comité, choisi parmi les membres titulaires, fait fonction de bureau; il est nommé pour trois ans & rééligible.

Art. 9. Le Comité de direction se compose de:

1 président,
1 vice-président,
1 secrétaire-trésorier,
1 secrétaire-adjoint,
4 commissaires responsables.

Art. 10. Le Comité de direction peut, en cas de besoin, s'assurer le concours de un ou plusieurs commissaires responsables adjoints, qui ont voix consultative, & peuvent être pris hors du sein de la Société.

Art. 11. Le Comité de direction se réunit, au moins une fois, dans le premier semestre de chaque année, au domicile de l'un de ses membres; il peut, en cas d'urgence, convoquer une séance générale extraordinaire de la Société.

Art. 12. La Société s'adjoint, sous le nom de *souscripteurs*, les personnes & les établissements publics, français & étrangers, qui désirent recevoir régulièrement les volumes de textes qu'elle publie; le nombre de ces *souscripteurs* ne peut dépasser cent.

Art. 13. Au reçu de chacune des distributions spécifiées à l'art. 16, les *souscripteurs* paient une somme de *quinze* francs, augmentée des frais de port & de recouvrement afférant à ces distributions.

II

PUBLICATIONS.

Art. 14. Les publications de la Société se composent de volumes de textes & de phototypographies de pièces imprimées uniques ou rarissimes.

Art. 15. Chaque volume de textes est tiré à cinq cents exemplaires numérotés, savoir :

Grand papier, gr. in-8.	50	exemplaires.
Papier à la cuve, in-8.	50	»
Papier ordinaire, »	400	»

Les réimpreffions phototypographiques font tirées à 90 exemplaires, favoir :

Sur peau de vélin, 50 exemplaires.
Sur papier vélin, 40 »

Art. 16. Les publications de la Société fe divifent en diftributions, dont chacune comprend :

1° Pour les *membres titulaires :*

2 volumes de textes, format gr. in-8°.
1 fafcicule de réimpreffions phototypographiques tiré fur peau de vélin. Chacun de ces volumes ou réimpreffions porte au verfo du titre le nom du membre titulaire auquel il eft deftiné.

2° Pour les *affociés :*

2 volumes de textes fur papier vélin, format in-8°.
1 fafcicule des réimpreffions phototypographiques fur papier vélin.

3° Pour les *foufcripteurs :*

2 volumes de textes fur papier ordinaire, format in-8°.

Art. 17. La Société met en vente, fur chaque diftribution :

Papier vélin : 10 exemplaires de chaque volume de textes, au prix de 24 fr. l'exemplaire.
Papier ordinaire : 300 exemplaires au prix de 12 fr. l'exemplaire.

Ces prix peuvent être augmentés par le Comité de direction, en raifon de l'importance exceptionnelle de certains volumes.

Les réimpreffions phototypographiques, exclufivement réfervées aux *membres titulaires* & aux *affociés*, ne font pas mifes dans le commerce.

Art. 18. La Société fait choix d'un ou plufieurs libraires-éditeurs, auxquels elle concède, au mieux de fes intérêts, le droit de vendre ceux des exemplaires de fes publications qui font réfervés au commerce.

Art. 19. Les publications de la Société font faites fous la furveillance du Comité de direction, & la garantie du

ſecrétaire-tréſorier & de l'un des commiſſaires reſponſables.

Art. 20. Au cas où l'un des volumes a, pour éditeur ou pour commiſſaire reſponſable, le ſecrétaire-tréſorier, le contre-ſeing de ce dernier eſt remplacé par celui du vice-préſident.

III

PLAN DES PUBLICATIONS.

A) SÉRIE GÉOGRAPHIQUE.

Collection chronologique des pèlerinages en Terre-Sainte & des deſcriptions de la Terre-Sainte & des contrées voiſines.

1 *Textes latins.* — Imprimés & inédits de 300 à 1400. — Inédits ou rariſſimes de 1400 à 1600.

2 *Textes français.* 3 » *italiens.* 4 » *eſpagnols.* 5 » *allemands.* 6 » *anglais.*	Imprimés & inédits juſqu'en 1500. — Inédits ou rariſſimes de 1500 à 1600.
7 *Textes ſcandinaves.* 8 » *ſlaves.* 9 » *grecs.* 10 » *hébraiques.* 11 » *arabes.*	Imprimés & inédits juſqu'en 1600. — (Accompagnés d'une verſion.)

B) SÉRIE HISTORIQUE.

1 Poéſies & poèmes relatifs aux croiſades, 1100-1500.
2 Chartes, 3 Lettres hiſtoriques, 4 Petites chroniques — inédites, 1095-1500.
5 Projets de croiſades inédits, 1250-1600.

Les textes de chacune de ces ſéries ſont publiés, par volumes d'environ 300 pages, dans le format & ſur le modèle des Chronicles and memorials of the Great Britain.

La diſtribution des volumes a lieu de telle ſorte que, — à la fin de chaque période décennale de la publication, — les trois cinquièmes (12 volumes) aient été pris dans la ſérie géographique, & les deux autres cinquièmes (8 volumes) dans la ſérie hiſtorique.

Les phototypographies *reproduiſent :*

1° Les pèlerinages en Terre-Sainte, feuilles volantes, journaux de croiſade, &c., &c., imprimés au XVe, & dans les 25 premières années du XVIe ſiècle.

2° Les pièces analogues qui, quoique de date poſtérieure, n'exiſtent qu'à l'état d'exemplaires uniques ou rariſſimes.

Une courte notice bibliographique, de même format, accompagne chaque phototypographie.

La Société, qui a déjà patronné la NUMISMATIQUE DE L'ORIENT LATIN, *par M. G. Schlumberger, ſe propoſe également de favoriſer la publication de :*

a) La CARTOGRAPHIE DE L'ORIENT LATIN au Moyen-Age ;
b) La SIGILLOGRAPHIE & l'ÉPIGRAPHIE DE L'ORIENT LATIN.
c) La BIBLIOGRAPHIE DE L'ORIENT LATIN.



COMITÉ DE DIRECTION

DE LA SOCIÉTÉ

pour la période 1881-1883.

PRÉSIDENT:

M. le marquis DE VOGÜÉ.

Vice-Préfident:	MM. SCHEFER.
Secrétaire-Tréforier:	le c^te^ RIANT.
Secrétaire-adjoint:	le c^te^ de MARSY.

Commiffaires:

MM.

A. de BARTHÉLEMY. — le c^te^ de MAS LATRIE.

EGGER. — E. de ROZIÈRE.



MEMBRES TITULAIRES:

MM.

1 ANCEL, député de la Mayenne, 146 avenue des Champs-Elyfées, Paris.

2 ANTROBUS (R. P. Frederick), Oratory, Londres.

3 BARTHÉLEMY (Anatole de), 9 rue d'Anjou-St-Honoré, Paris.

4 BARRÈRE (E. de), ancien conful-général de France à Jérufalem, 42 rue Vignon, Paris.

5 Bouche (L'abbé), Chaſſignoles, par la Châtre, Indre.
6 Clercq (Louis de), 5 rue Maſſeran, Paris
7 Combettes du Luc (Le comte de), Rabaſtens-ſur-Tarn, Tarn.
8 Delpit (Martial), 74 faubourg St-Honoré, Paris, & à Caſtang par Bouniagues, Dordogne.
9 Dreux-Brézé (S. G. Mgr de), évêque de Moulins, Moulins.
10 Dura (Giuſeppe), 40 ſtrada S. Carlo, Naples.
11 Egger (Emile), membre de l'Inſtitut, profeſſeur à la Faculté des Lettres, 68 rue de Madame, Paris.
12 Fournier (Félix), 115 rue de l'Univerſité, Paris.
13 Goujon (Paul), 52 rue Paradis-Poiſſonnière, Paris.
14 Hennessy (Raymond), 79 rue Marbeuf, Paris..
15 Khitrowo (S. Exc. M. Baſile de), conſeiller d'Etat, 93 quai de la Moika, St-Péterſbourg.
16 Lair (Le comte Charles), 18 rue Las Caſes, Paris.
17 Lair (Jules), directeur des Entrepôts & Magaſins généraux, 204 boulevard de la Villette, Paris.
18 Langénieux (S. Exc. Mgr), archevêque de Reims, Reims.
19 Léotard, docteur-ès-lettres, 3 cours Morand, Lyon.
20 Mac Grigor (A. B.), 19 Woodſide Terrace, Glaſcow, Ecoſſe.
21 Marsy (Le comte de), Compiègne.
22 Mas Latrie (Le comte de), chef de ſection aux Archives de France, 229 boulevard St-Germain, Paris.
23 Meyer (Paul), profeſſeur au Collége de France, 63 rue Raynouard, Paris-Paſſy.
24 Michelant, conſervateur ſous-directeur à la Bibliothèque Nationale, 11 avenue Trudaine, Paris.
25 Mignon (A.), 18 rue de Maleſherbes, Paris.
26 Pécoul (Auguſte), 58 rue de Ponthieu, Paris.
27 . . . .
28 Rebours (L'abbé le), curé de la Madeleine, 8 rue de la Ville-l'Evêque, Paris.
29 Rey (Emmanuel), 22 rue des Ecuries d'Artois, Paris.
30 Riant (Le comte), membre de l'Inſtitut, 51 boulevard de Courcelles, Paris.
31 Riant (Ferdinand), membre du Conſeil municipal, 36 rue de Berlin, Paris.

32 Rozière (Eugène de), membre de l'Inftitut, infpecteur général des Archives, 8 rue Lincoln, Paris.

33 Saige (Jules), ingénieur des Ponts & Chauffées, 65 rue d'Amfterdam, Paris.

34 Durrieu (Paul), 66 rue de la Chauffée d'Antin, Paris.

35 Schefer, membre de l'Inftitut, adminiftrateur de l'École nationale des langues orientales vivantes, 2 rue de Lille, Paris.

36 Schefer (Jules), agent & conful-général de France en Bulgarie Sophia.

37 Schlumberger (Guftave), 140 faubourg St-Honoré, Paris.

38 Delaville le Roulx (Jofeph), 10 rue de Lifbonne, Paris.

39 Torella (Le prince de), Naples.

40 Vogüé (Le marquis de), membre de l'Inftitut, 2 rue Fabert, Paris.

41 Olry, ingénieur des Mines, 2 rue de Bruxelles, Lille.

42 Masson (Frédéric), 89 rue de la Boétie, Paris.

43 Popelin (Claudius), 7 rue de Téhéran, Paris.

44 Kermaingant (P.-L. de), ingénieur des Mines, 102 avenue des Champs-Elyfées, Paris.

ÉTABLISSEMENTS PUBLICS

45 Bibliothèque royale de Bruxelles.

46 Bibliothèque royale de Copenhague.

47 Bibliothèque royale de Naples.

48 Bibliothèque nationale de Paris.

49 Société nationale de géographie de Paris.

50 Bibliothèque Bodléienne d'Oxford.

ASSOCIÉS

MM.

51 Drême (Le premier préſident), Agen.

52 Bordier (Henri), 182 rue de Rivoli, Paris.

53 Laborde (Le marquis de), 4 rue Murillo, Paris.

54 Duclos (L'abbé), curé de St-Eugène, 52 faubourg Poiſſonnière, Paris.

55 Broët-Plater (Le comte de), Rovno, par Dombrovitza, Volhynie, Ruſſie.

56 Arséniew (Serge d'), membre de la Commiſſion des requêtes, 13 Manègeny Péréoulok, Saint-Péterſbourg.

57 Hagenmeyer (Henri), Groſſeicholzheim, par Moſbach, grand-duché de Bade.

58 Bishop (Edmund), 4 Lancaſter Terrace Regent's Park, Londres.

59 Mély (Fernand de), au Meſnil-Germain, par Fervacques, Calvados.

60 Raynaud (Gaſton), 28 rue de Conſtantinople, Paris.

61 Delaborde (François), Palais de l'Inſtitut, Paris.

62 Raynaud (Furcy), Septfontaines, par Luxembourg, grand-duché de Luxembourg.



PUBLICATIONS DE LA SOCIÉTÉ

SÉRIE GÉOGRAPHIQUE

Itinera hierosolymitana & descriptiones Terræ Sanctæ latine conscripta.

1 & 2. Tomi I, 1 & 2, ed.: TITUS TOBLER & A. MOLINIER.

3. *Itinéraires français.* I.

Éd.: MM. HENRI MICHELANT & GASTON RAYNAUD.

SOUS PRESSE:

4. *Itinera & descriptiones latine conscripta.*
Tomus II, ed.: A. MOLINIER & C. KOHLER.

EN PRÉPARATION:

Itinera & descriptiones latine conscripta.
Tomi III & IV, ed.: GEORGIUS THOMAS.

Itinerarj italiani.
Tomo I, ed.: CAV. L. BELGRANO.

Itinera græca.
Tomus I, ed.: V. GUÉRIN.

SÉRIE HISTORIQUE

1. *La prise d'Alexandrie,* par Guillaume de Machaut.
Éd.: Mr L. de Mas Latrie.

2. *Quinti belli scriptores minores.*
Ed.: R. Röhricht.

3. *Testimonia minora de V bello sacro.*
Ed.: R. Röhricht.

SOUS PRESSE:

4. *Cronica de Morea.*
Éd.: M. Morel-Fatio.

EN PRÉPARATION:

Récit versifié de la 1re croisade, d'après Baudri de Dol.
Éd.: M. Paul Meyer.

RÉIMPRESSIONS PHOTOTYPOGRAPHIQUES
(réservées aux membres titulaires)

Prologus Arminensis in mappam Terre Sancte.
In-fol., s. l. n. d., s. xv.
Ire, IIme & IIIme livraisons.

PUBLICATIONS PATRONNÉES PAR LA SOCIÉTÉ

I. NUMISMATIQUE DE L'ORIENT LATIN
par G. SCHLUMBERGER.
Paris, Leroux, 1877, 1 vol. in-4.

II. DE PASSAGIIS IN TERRAM SANCTAM
Excerpta heliographica e codice Marciano 399: ed. C. M. Thomas.
Venetiis, Ongania; Parif., E. Leroux, 1879, in-fol.

III. ARCHIVES DE L'ORIENT LATIN
Tome I.
Paris, Erneft Leroux, 1881, in-8.

SOUS PRESSE:

IV. NUMISMATIQUE DE L'ORIENT LATIN
par G. SCHLUMBERGER.
(Supplément.)
Paris, Erneft Leroux, in-4.


EN TOVT BIEN




3 9015 03963 2933
Digitized by Google

